





9407. v. A. d. 1.

✓









Frühling  
835



**COMPENDIUM**  
**RITUALIS ROMANI**  
**USIBUS DIOECESEOS LABACENSIS**

**ACCOMMODATUM**

AUCTORITATE ET OPERA

CELSISSIMI AC REVERENDISSIMI

**DOMINI DOMINI**

**ANTONII ALOYSII WOLF**  
**PRINCIPIS**

ET

**ECCLESIAE CATHEDRALIS LABACENSIS**

**EPISCOPI**



**LABACI**

**TYPIS JOSEPHI BLASNIK.**

**1844.**



9407

IN=030015091



# ANTONIUS ALOYSIUS WOLF

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA

EPISCOPUS LABACENSIS ET PRINCEPS &c.

OMNIBUS PER DIOECESIM NOSTRAM PASTORIBUS ANIMARUM  
SALUTEM IN DOMINO!

**C**arniolia quondam pars antiquissimi et celebratissimi Patriarchatus S. Ecclesiae Aquilejensis, qui usque ad Dravum flumen in Styria sese extenderat, non solum fidem christianam, sed etiam morem officia divina celebrandi, et universam liturgiam ecclesiasticam ad normam liturgiae romanae ab Ecclesia Aquilejensi accepit, atque se ejusdem natam spiritualem esse merito gloriatur.

Adaucto postea fidelium numero *Fridericus III.* Romanorum Imperator anno 1461 die 6. Decembris Episcopatum Labacensem fundavit, et Sanctissimus Dominus Pius Papa II. hanc foundationem 5. Idus Septembris 1462 confirmans Dioecesim Labacensem e variis parochiis ad Patriarchatum Aquilejensem, et quibusdam ad Archiepiscopatum Salisburgensem pertinentibus, in Carniolia, Styria et Carinthia sitis, formavit.

Cum tamen in his parochiis novam Dioecesim Labacensem constituentibus, hinc inde in administratione sacramentorum, caeterisque ecclesiasticis functionibus varietas



precum, rituum et idiomatis conspiceretur, Episcopi Labacenses ad unam singulos curatos presbyteros regulam agendi ducere volentes, aliorumque antistitum solertiam in regimine ecclesiastico imitati, libros rituales ad amussim quidem Ritualis Romani, usibus tamen Ecclesiae Aquilejensis jam antehac longaeva consuetudine in Carniolia roboratis adauctos ediderunt.

Primus, qui hujusmodi librum rituales pro Dioecesi Labacensi anno 1706 ediderat, fuit *Ferdinandus Comes a Kühnburg*; alter erat *Leopoldus Josephus Comes de Petazziis*, cujus liber ritualis anno 1767 comparuit, et praeter sacramentorum ritus ac ceremonias amplam instructionem pastorem gravioribus sacris actibus praemissam, et jus canonicum ad illos actus relatum in se complectebatur.

Interim per literas apostolicas Sanctissimi Domini Pii Papae VI. 8. Idus Martii 1787 expeditas parochiae in Styria et Carinthia sitae a Dioecesi Labacensi segregatae, eique parochiae quasi omnes in Carniolia sitae, et ad Archidioecesim Goritiensem e suppresso antehac Patriarchatu Aquilejensi formatam spectantes adjectae fuerunt; quare Dioecesi Labacensi, his et permultis aliis eodem tempore neo-erectis parochiis et capellaniis adauctae, exemplaria libri ritualis anno 1767 editi sufficere amplius non poterant.

Deficientibus igitur his exemplaribus, et formulis teutonicae et slavicae linguae obsoletis, aures passim offendentibus, *Antonius Kautschitz* Episcopus Labacensis, ut huic libri ritualis penuriae mederetur, et graviores sumptus in ejus editionem faciendos declinaret, anno 1808 compendium libri ritualis edidit, et in Dioecesi Labacensi ad usum praescripsit.



Ast jam distractis quoque ejusdem exemplaribus, et noviter adjectis per literas apostolicas Sanctissimi Domini Pii Papae VIII. sexto Kalendas Augusti 1830 expeditas Dioecesi Labacensi nonnullis parochiis et capellaniis antehac Dioecesibus Goritensi et Tergestinae incorporatis, novae editionis libri ritualis necessitas adeo invaluit, ut amplius differri nequeat; quare officium pastorale a Nobis postulavit, ut justis cleri curati desideriis plenius satisfaceremus.

Cum autem Ecclesia Romana caeterarum semper mater sit et magistra, existimavimus, Nos novam hanc editionem compilantes securius tutiusque agere non posse, quam si ejusque Rituale sequeremur, adjungentes simul ex aliis libris ritualibus probatis modum in certis sacris functionibus servandum, ut etiam in his clerus dioeceseos habeat regulam agendi unam eandemque; ea vero, quae juris canonici, theologiae dogmaticae et pastoralis sunt, plerumque eo remittentes, ne liber nimis voluminosus prodeat.

Insuper, antequam librum hunc diu desideratum vobis fratres charissimi! exhiberemus, Nostri muneris esse duximus, eundem S. Sedis apostolicae judicio subicere, quae benigne auctoritate sua comprobavit, paucis exceptis, quae tamen habita ratione inveteratae hujus dioecesis consuetudinis observari posse permisit.

Quare serio in Domino praecipimus, ut praesens Rituale in Dioecesi Nostra Labacensi tanquam norma universalis in sacramentorum et sacramentalium administratione, caeterisque ecclesiasticis functionibus tum a saeculari tum a regulari clero religiose observetur, simulque vobis enixe commendamus, ut rituum ecclesiasticorum notitiam ex pro-



batissimis auctoribus ecclesiasticis capiatis, et data omni occasione populum fidelem in catechesibus et sermonibus sacris ceremoniarum ecclesiasticarum genuinum sensum ac spiritum edoceatis.

Ita Deus Pater in Christo Jesu cum Spiritu Sancto in spiritu et veritate adorabitur, et populi fidelis salus spiritualis plurimum promovebitur, quo omnes conatus et labores nostros tendere oportet.

*Ex Residentia episcopali Labaci die 13. Junii 1843.*

**ANTONIUS ALOYSIUS** m. p.

Episcopus.



**De iis, quae  
in Sacramentorum administratione  
generaliter servanda sunt.**

1. *Ut ea, quae ex antiquis catholicae Ecclesiae institutis, et sacrorum Canonum Summorumque Pontificum decretis de sacramentorum ritibus ac ceremoniis hoc libro praescribuntur, qua par est diligentia ac religione custodiantur, et ubique fideliter servantur: illud ante omnia scire et observare convenit, quod Sacrosancta Tridentina Synodus sess. 7. can. 13. de iis ritibus decrevit in haec verba:*

„Si quis dixerit, receptos et approbatos Ecclesiae catholicae ritus in solemnibus sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a ministris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcumque ecclesiarum pastorem mutari posse: anathema sit.“

2. *Cum igitur in Ecclesia Dei nihil sanctius aut utilius, nihilque excellentius aut magis divinum habeatur, quam sacramenta ad humani generis salutem a Christo Domino instituta; parochus, vel quivis alius sacerdos, ad quem eorum administratio pertinet, meminisse imprimis debet, se sancta tractare, atque omni fere temporis momento ad tam sanctae administrationis officium paratum esse oportere.*

3. *Quamobrem illud perpetuo curabit, ut integre, caste, pieque vitam agat; nam etsi sacramenta ab impuris coinquinari non possunt, neque a pravis ministris eorum effectus impediri, impure tamen et indigne ea ministrantes in aeternae mortis reatum incurrunt. Sacerdos ergo, si fuerit peccati mortalis sibi conscius, (quod absit), ad sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde poeniteat: sed si habeat copiam confessarii, et temporis locique ratio ferat, convenit confiteri.*

4. *Quacumque diei ac noctis hora ad sacramenta ministranda vocabitur, nullam officio suo praestando, (praesertim si necessitas urgeat) moram interponat. Ac propterea populum saepe, prout sese offeret occasio, praemonebit, ut cum sacro ministerio opus fuerit, se quamprimum advocet, nulla temporis aut cujuscumque incommodi habita ratione.*

5. *Ipse vero, antequam ad hujusmodi administrationem accedat, paululum, si opportunitas dabitur, orationi et sacrae rei, quam acturus est, meditationi vacabit, atque ordinem ministrandi, et ceremonias pro temporis spatio praevidebit et perleget.*



6. *In omni sacramentorum administratione superpelliceo sit indutus, et desuper stola ejus coloris, quem sacramenti ritus exposcit, nisi in sacramento poenitentiae ministrando causa rationabilis interdum aliter suadeat.*

7. *Adhibebit quoque unum saltem, si habeat, vel plures clericos, prout loci, et sacramenti ratio postulabit, decenti habitu et superpelliceo pariter indutos.*

8. *Curabit etiam, ut sacra suppellex, vestes, ornamenta, lintamina, et vasa ministerii integra nitidaeque sint et munda.*

9. *In sacramentorum administratione eorum virtutem, usum ac utilitatem, et ceremoniarum significationes, ut Concilium Tridentinum praecepit, ex Ss. Patrum et catechismi romani doctrina, ubi commode fieri poterit, diligenter explicabit.*

10. *Dum sacramentum aliquod ministrat, singula verba, quae ad illius sacramenti formam et ministerium pertinent, attente, distincte et pie, atque clara voce pronuntiabit. Similiter et alias orationes et preces devote ac religiose dicet; nec memoriae, quae plerumque labitur, facile confidet: sed omnia recitabit ex libro. Reliquas praeterea ceremonias ac ritus ita decenter gravique actione peraget, ut adstantes ad coelestium rerum cogitationem erigat, et attentos reddat.*

11. *Ad ministrandum procedens rei, quam tractaturus est, intentus sit, nec de iis, quae ad ipsam non pertinent, quidquam cum aliis colloquatur, in ipsaque administratione actualem attentionem habere studeat, vel saltem virtutalem, cum intentione faciendi, quod in eo facit Ecclesia.*

12. *Illud porro diligenter caveat, ne in sacramentorum administratione praeter jura stolae legibus sancita, aliquid quaris de causa vel occasione, directe vel indirecte exigat aut petat; sed ea gratis ministret, et ab omni simoniae atque avaritiae suspitione, nedum crimine, longissime absit. Si quid vero nomine eleemosynae, aut devotionis studio, peracto jam sacramento, sponte a fidelibus offeratur, id licite pro consuetudine locorum accipere poterit; ast occasione confessionis excipiendae, vel jam exceptae quidquam etiam sponte oblatum accipere serio prohibemus.*

13. *Fidelibus alienae parochiae sacramenta non ministrabit, nisi necessitatis causa, vel de licentia parochi, seu Ordinarii.*

14. *Omnes autem, qui sacramenta suscipiunt, loco et tempore opportuno monebit, ut remoto inani colloquio, et habitu actuque inde-*



centi, pie ac devote sacramentis intersint, et ea, qua par est, reverentia suscipiant.

15. *Librum hunc ritualement (ubi opus fuerit) semper, cum ministrabit, secum habebit, ritusque et ceremonias in eo praescriptas diligenter servabit.*

16. *Caeterum illorum tantum sacramentorum, quorum administratio ad parochos pertinet, ritus hoc opere praescribuntur; cujusmodi sunt: Baptismus, Poenitentia, Eucharistia, Extrema unctio, et Matrimonium; reliqua vero duo sacramenta Confirmationis et Ordinis, cum propria sint episcoporum, ritus suos habent in pontificali praescriptos; et ea, quae de iis atque aliis sacramentis scire, servare, et docere parochi debent, cum ex aliis libris, tum praecipue ex catechismo romano sumi possunt. Siquidem hic de iis fere tantum agere instituti operis ratio postulat, quae ad ipsorum quinque sacramentorum ritus pertinent, adjectis paucissimis circa administrationem sacramenti confirmationis observandis.*

17. *Postremo, quisquis sacramenta administrare tenetur, habeat libros necessarios ad officium suum pertinentes, eosque praesertim, in quibus variarum parochialium functionum notae ad futuram rei memoriam describuntur.*

## De Sacramento Baptismi.

### De baptizandis parvulis.

1. *Opportune parochus hortetur eos, ad quos ea cura pertinet, ut natos infantes, sive baptizandos, sive baptizatos, quamprimum fieri poterit, et qua decet christiana modestia sine pompae vanitate deferant ad ecclesiam, ne illis sacramentum tantopere necessarium nimium differatur cum periculo salutis, et ut iis, qui ex necessitate privatim baptizati sunt, consuetae ceremoniae ritusque suppleantur, omissa forma et ablutione.*

2. *Nemo in utero matris clausus baptizari debet. Sed si infans caput emiserit, et periculum mortis immineat, baptizetur in capite; nec postea, si vivus evaserit, erit iterum baptizandus. At si aliud membrum emiserit, quod vitalem indicet motum, in illo, si periculum im-*



*pendeat, baptizetur, et tunc si natus vixerit, erit sub conditione baptizandus hoc modo: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.*

*3. Si mater praegnans mortua fuerit, foetus quamprimum caute extrahatur, ac, si vivus fuerit, baptizetur. Infantes expositi et inventi, si re diligenter investigata de eorum baptismo non constat, sub conditione baptizentur.*

*4. In monstris vero baptizandis, si casus eveniat, magna cautio adhibenda est, de quo, si opus fuerit, Ordinarius vel alii periti consulantur, nisi mortis periculum immineat.*

*5. Monstrum, quod humanam speciem non praeseferat, baptizari non debet; de quo si dubium fuerit, baptizetur sub hac conditione: Si tu es homo, ego te baptizo &c.*

*6. Illud vero, de quo dubium est, una ne, aut plures sint personae, non baptizetur, donec id discernatur: discerni autem potest, si habeat unum vel plura capita, unum vel plura pectora: tunc enim totidem erunt corda et animae, hominesque distincti, et eo casu singuli seorsum sunt baptizandi, unicuique dicendo: Ego te baptizo &c. Si vero periculum mortis immineat, tempusque non suppetat, ut singuli separatim baptizentur, poterit minister singulorum capitibus aquam infundens omnes simul baptizare, dicendo: Ego vos baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Quam tamen formam in iis solum, et in aliis similibus mortis periculis ad plures simul baptizandos, et ubi tempus non patitur, ut singuli separatim baptizentur, alias nunquam, licet adhibere.*

*7. Quando vero non est certum, in monstro esse duas personas, vel quia duo capita et duo pectora non habet distincta; tunc debet primum unus absolute baptizari, et postea alter sub conditione, hoc modo: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.*

*8. Cum infans aut adultus, qui in vitae periculo versatur, a quocumque sine solemnitate baptizari possit, in qualibet lingua, cumque pudoris gratia deceat foeminam potius, quam virum baptizare infantem non omnino editum, curare debet parochus, ut fideles, praesertim obstetrices, rectum baptizandi ritum probe teneant, et servent. Ast pater aut mater propriam prolem baptizare non debent, praeterquam*



*in mortis articulo, quando alius non reperitur, qui baptizet; neque tunc ullam contrahunt cognationem, quae matrimonii usum impediat.*

## De baptizandis adultis.

1. *Si quis adultus sit baptizandus, debet prius secundum apostolicam regulam in christiana fide ac sanctis moribus diligenter instrui, et per aliquot dies in operibus pietatis exerceri, ejusque voluntas et propositum saepius explorari, et non nisi sciens et volens, probeque instructus baptizari.*

2. *At vero si quis, dum instruitur, in mortis periculum incidat, baptizarique voluerit, habita ratione periculi vel necessitatis baptizetur.*

3. *Adultorum baptismus, ubi commode fieri potest, ad episcopum deferatur, ut si illi placuerit, ab eo solemnius conferatur; alioquin parochus ipse baptizet stata ceremonia.*

4. *Quamvis baptismus quovis tempore, etiam interdicti et cessationis a divinis, praesertim si urgeat necessitas, conferri possit, decet tamen hujusmodi baptismum ex apostolico instituto in sabbato sancto paschatis vel pentecostes, solemniter celebrari, quibus diebus baptismalis fontis aqua rite consecratur.*

5. *Quare si circa haec tempora catechumeni sint baptizandi, in ipsos dies, si nihil impediat, baptismum differri convenit.*

6. *Verum si circa, vel post tempus pentecostes aliqui conversi fuerint, qui aegre ferant suum baptismum in longum tempus differri, et ad illud festinent, instructique ac rite parati esse noscantur, citius baptizari possunt.*

7. *Catechumenus instructus baptizetur in ecclesia. Patrinus ei assistat, et ipse catechumenus ad sacerdotis interrogationes respondeat; nisi mutus fuerit, aut omnino surdus, vel ignotae linguae: quo casu vel per patrinum, si illam intelligat, aut alium interpretem, vel nutu consensum explicet suum.*

8. *Pro hujus autem veneratione sacramenti tam sacerdotem, qui adultos baptizabit, quam ipsos adultos, qui sani sunt, convenit esse jejunos.*

9. *Quare non post epulas, aut prandia, sed ante meridiem (nisi ex rationabili causa aliter faciendum esset) eorum baptismum celebretur.*

10. *Admonendus est catechumenus, ut peccatorum suorum poeniteat.*



11. *Amentes et furiosi non baptizentur, nisi tales a nativitate fuerint: tunc enim de iis idem iudicium faciendum est, quod de infantibus: atque in fide ecclesiae baptizari possunt.*

12. *Sed si dilucida habeant intervalla, dum mentis compotes sunt, baptizentur, si velint. Si vero, antequam insanirent, suscipiendi baptismi desiderium ostenderint, ac vitae periculum immineat, etiamsi non sint compotes mentis, baptizentur.*

13. *Idemque dicendum est de eo, qui lethargo aut phrenesi laborat; ut tantum vigilans, et intelligens baptizetur, nisi periculum mortis impendeat, si in eo prius apparuerit baptismi desiderium.*

14. *Sacerdos diligenter curet, ut certior fiat de statu et conditione eorum, qui baptizari petunt, praesertim exterorum. De quibus facta diligenti inquisitione, num alias ac rite sint baptizati, caveat, ne quis jam baptizatus imperitia, vel errore, aut ad quaestum, vel ob aliam causam fraude, dolore iterum baptizari velit.*

15. *Omnes autem, de quibus, re diligenter investigata, probabilis dubitatio est, an baptizati fuerint, si nihil aliud impediat, sub conditione baptizentur.*

16. *Haeretici vero ad catholicam ecclesiam venientes, in quorum baptismo debita forma aut materia servata non est, rite baptizandi sunt; sed prius errorum suorum pravitatem agnoscant et detestentur, et in fide catholica diligenter instruantur: ubi vero debita forma et materia servata est, omissa tantum suppleantur, nisi rationabili de causa aliter episcopo videatur.*

## De aqua baptismali, de sacris oleis, et aliis requisitis ad baptismum conferendum.

1. *Primum intelligat parochus, cum hujus sacramenti materia sit aqua vera ac naturalis, nullum alium liquorem ad id adhiberi posse.*

2. *Aqua vero solemniter baptismi sit eo anno benedicta in sabbato sancto paschatis, vel sabbato pentecostes, quae in fonte mundo nitida et pura diligenter conservetur; et haec, quando nova benedicenda est, in ecclesiae, vel potius baptisterii sacrarium effundatur.*

3. *Licet, urgente necessitate, ubique baptizare nihil impediat; tamen proprius baptismi administrandi locus est ecclesia; in qua sit fons baptismalis decenti forma, materiaque solida, et quae aquam bene*



*contineat, decenter ornatus, et cancellis circumseptus, sera et clave munitus, atque ita obseratus, ut pulvis, vel aliae sordes intro non penetrent; in eoque, ubi commode fieri potest, depingatur imago sancti Joannis Christum baptizantis.*

4. *Si aqua benedicta tam imminuta sit, ut minus sufficere videatur, alia non benedicta admisceri potest, in minori tamen quantitate.*

5. *Si vero corrupta fuerit, aut effluerit, aut quovis modo defecerit, parochus in fontem bene mundatum ac nitidum recentem aquam infundat, eamque benedicat ex formula, quae infra praescribitur.*

6. *Sed, si aqua congelata sit, curetur, ut liquefiat; sin autem ex parte congelata sit, aut nimium frigida, poterit parum aquae naturalis non benedictae calefacere, et admiscere aquae baptismali in vasculo ad id parato, et ea tepesfacta ad baptizandum uti, ne noceat infantulo.*

7. *Si baptismi sacramentum in ecclesia, quae proprius hujus sacramenti administrandi est locus, gravi de causa conferri non possit, et de licentia episcopi in aedibus privatis quandoque conferendum sit, in loco decenti praeparetur mensa, linteamine mundo tecta, in qua Crucifixi imago inter duas candelas accensas ponatur.*

8. *Sacrum chrisma, et sanctum oleum, quod et catechumenorum dicitur, quorum usus est in baptismo, eodem anno sint ab episcopo de more benedicta feria V. in coena Domini.*

9. *Curet parochus, ut ea suo tempore quamprimum habeat, et tunc vetera in ecclesia comburat.*

10. *Veteribus oleis, nisi necessitas cogat, ultra annum non utatur: ac si deficere videantur, et chrisma aut oleum benedictum haberi non possit, aliud oleum de olivis non benedictum adjiciatur, sed in minori quantitate.*

11. *Chrisma et oleum sacrum sint in suis vasculis argenteis, aut saltem stanneis bene obturatis; quae vascula sint inter se distincta, et propriam unumquodque inscriptionem habeat majusculis litteris incisum, ne quis error committatur.*

12. *Ad usum vero quotidianum minora habeantur vascula ex argento, si fieri potest, aut stanno, sive separata, sive etiam conjuncta; apte tamen distincta et bene cooperta, et cum suis inscriptionibus, ut supra, ne parochus aberret, et unum pro altero sumat, quod cavere debet diligenter.*

13. *In ea igitur ex majoribus vasculis chrismatis et olei, quod*



sufficiat, infundatur; atque ut effusionis periculum caveatur, commodum erit, in his vasculis bombacium, seu quid simile habere, oleo sacro, et chrismate separatim perfusum, in quae pollex, cum opus est, ad inungendum immittatur.

14. Haec vascula ita parata in proprio loco, honesto ac mundo, sub clave ac tuta custodia decenter asserventur, ne ab aliquo, nisi a sacerdote, temere tangantur, aut eis sacrilege quisquam abuti possit.

15. Parochus, quantum fieri potest, curet, ne per laicos, sed per se, vel per alium sacerdotem, vel saltem per alium ecclesiae ministrum haec olea deferantur; caveat item, ne de iis quidquam ulli umquam tribuat, cujusvis rei praetextu.

16. Sal, quod in os baptizandi immittendum est, sit benedictum sua peculiari benedictione, quae infra praescribitur; neque in baptismo administrando utatur sale ad benedicendum aquam exorcizato; sitque prius bene confractum, et attritum, siccum et mundum. Sal ita benedictum nemini tradatur, neque etiam iis, qui benedicendum attulerint, reddatur; sed ad alios baptizandos servetur, aut in sacrarium abjiciatur.

17. Cum igitur baptismi sacramentum jam administrandum est, haec in promptu esse debent:

a.) Vascula sacri olei catechumenorum et chrismatis.

b.) Vasculum cum sale benedicendo, vel jam, ut dictum est, benedicto.

c.) Vasculum, seu cochleare ex argento, vel alio metallo, nitidum, ad aquam baptismi fundendam supra caput baptizandi; quod nulli praeterea alii usui deserviat.

d.) Pelvis seu bacile ad excipiendam aquam ex capite defluentem, nisi statim in sacrarium defluat.

e.) Gossipium, alio nomine bombacium, seu quid simile, ad abstergenda loca sacris oleis inuncta.

f.) Stolae duae, ubi commode haberi possunt, una violacea, et altera alba, ut infra notatur, mutanda; sin minus, una saltem adhibeatur.

g.) Medulla panis, qua inuncti sacerdotis digiti, cum manus lavat, abstergantur, et vas pro manuum lotionem post baptismum, quod huic tantum usui deservire decet.

h.) Alba vestis in modum pallioli, seu linteolum candidum, infantis capiti imponendum.

i.) Cereus, seu candela cerea, baptizato ardens tradenda.



k.) *Hic denique ritualis liber sit paratus, et item liber baptismalis, in quo baptizati describantur.*

18. *Parochus, antequam ad baptizandum accedat, ab iis, ad quos spectat, exquirat diligenter, quem vel quos susceptores, seu patrilinos elegerint, qui infantem de sacro fonte suscipiant; ne plures, quam liceat, neque infideles, aut haereticos, neque publice excommunicatos, aut interdictos, neque publice criminosos, aut infames, vel denique ineptos, aut tales admittat, qui sana mente non sunt, nec qui ignorant rudimenta fidei.*

19. *Patrilinus unus tantum, sive vir, sive mulier, vel ad summum unus et una adhibeantur ex decreto Concilii Tridentini; sed simul non admittantur duo viri, aut duae mulieres, neque baptizandi pater, aut mater, neque monachi, vel sanctimoniales, neque alii cujusvis ordinis regulares a saeculo segregati.*

20. *Hos autem patrilinos saltem in aetate pubertatis, ac sacramento confirmationis consignatos esse maxime convenit.*

## Ordo Baptismi Parvulorum.

1. *Omnibus igitur opportune praeparatis, sacerdos instructiones necessarias pro recta hujus sacramenti administratione, quas eum nosse supponitur ex ss. patrum et catechismi romani doctrina, jugiter praec oculis habens, ad tanti sacramenti administrationem, lotis manibus, superpelliceo et stola violacea indutus accedat, clericum unum, seu plures, si potest, secum adhibeat, superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministrent.*

2. *Ita paratus accedat ad limen ecclesiae, ubi foris expectant, qui infantem detulerunt, eosque interroget, an sit domi baptizatus, et a quo, et quam rite; an propter periculum evitandum sit circa baptismum aliquid attentatum a quopiam; et hoc ideo quaerat, ne infantem rebaptizet, vel ut sub conditione iterum baptizet, vel ut suppleat ad ea, quae in baptismo defuerunt.*

3. *Interroget (nisi de his bene sibi constet), an sit suae parochiae, masculus an foemina, et qui sunt compadres, qui infantem teneant, pro eoque respondeant; quos pie ac decenter assistere, ac prout opus fuerit, pro baptizando ad interrogationes respondere admoneat.*

4. *Et quoniam iis, qui baptizantur, tanquam Dei filiis in Christo*



*regenerandis, et in ejus militiam adscribendis nomen imponitur, curet, ne obscoena, fabulosa, aut ridicula, vel inanium deorum, vel impiorum ethnicorum hominum nomina imponantur, sed potius sanctorum, quorum exemplis fideles ad pie vivendum excitentur, et patrociniis protegantur.*

*5. His igitur expeditis, parochus ad baptismum procedat, et patrinum vel matrinam, vel utrumque (si ambo admittantur) de nomine infantis baptizandi, et positi super brachium dexterum illius, qui eum defert, in hunc modum interroget:*

Quomodo vocandus est infans iste?

Wie soll das Kind heißen?

| Kakó naj bo imé temu otroku?

*6. Sacerdos accepto nomine baptizandi, illud exprimens, interroget:*

N. Quid petis ab Ecclesia Dei?

N. Was verlangst du von der Kirche Gottes?

| I. Kaj shelísh od zerkve boshje?

*Patrinus:* Fidem. Den Glauben. Véro.

*7. Sacerdos:* Fides, quid tibi praestat?

Was gewährt dir der Glaube?

| Kaj ti da véra?

*Patrinus:* Vitam aeternam. Das ewige Leben. Vézžno shivljenje.

*8. Sacerdos:* Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata: Dileges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua; et proximum tuum sicut te ipsum.

Wenn du also zum Leben eingehen willst, so halte die Gebote: Du sollst Gott deinen Herrn lieben aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele, und aus deinem ganzen Gemüthe; deinen Nächsten aber, wie dich selbst.

Ako tedej hozhešh v' shivljenje iti, spolnúj sapóvedi: Ljubi Gospóda, svojiga Bogá, is vsíga svojiga serza, in is vse svoje dushe, in is vse svoje misli; in svojiga blishnjiga, kakor sam sebe.

*9. Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis et dicat semel: Exi ab eo (vel ab ea), immunde spiritus, et da locum Spiritui Sancto Paraclito.*

*10. Postea pollice faciat signum crucis in fronte et in pectore infantis, dicens: Accipe signum crucis tam in fronte †, quam in corde †, sume fidem coelestium praeceptorum, et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.*



## O r e m u s.

Preces nostras, quaesumus Domine, clementer exaudi, et hunc electum tuum (*vel* hanc electam tuam) N. crucis dominicae impressione signatum (*vel* signatam) perpetua virtute custodi: ut magnitudinis gloriae tuae rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

*11. Deinde imponat manum super caput infantis, ac dicat:*

## O r e m u s.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N., quem (*vel* quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem coecitatem cordis ab eo (*vel* ab ea) expelle: disrumpe omnes laqueos satanae, quibus fuerat colligatus (*vel* colligata): aperi ei, Domine, janua pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae imbutus (*vel* imbuta), omnium cupiditatum foetoribus careat, et ad suavem odorem praeceptorum tuorum laetus (*vel* laeta) tibi in ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

*12. Deinde sacerdos benedicat sal, quod semel benedictum alias in eundem usum deservire potest.*

## Benedictio salis.

Exorcizo te, creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis †, et in caritate Domini nostri Jesu Christi †, et in virtute Spiritus Sancti †. Exorcizo te per Deum vivum †, per Deum verum †, per Deum sanctum †, per Deum †, qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari praecepit, ut in nomine sanctae Trinitatis efficiaris salutare sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te, Domine Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifices †, et benedicendo benedicas †, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. *R. Amen.*

*13. Deinde immittat modicum salis benedicti in os infantis, dicens:*



N. Accipe sal sapientiae: propitiatio sit tibi in vitam aeternam.  
*R. Amen.*

*Sacerdos: Pax tecum. R. Et cum spiritu tuo.*

### O r e m u s.

Deus patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N. respicere digneris propitius, et hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quominus cibo expleatur coelesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum (*vel* eam), Domine, quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

Exorcizo te, immunde spiritus, in nomine Pa†tris, et Fi†lii, et Spiritus†Sancti, ut exeas et recedas ab hoc famulo Dei (*vel* ab hac famula Dei) N. Ipse enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui pedibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, et Spiritui Sancto, et recede ab hoc famulo Dei (*vel* ab hac famula Dei) N., quia istum (*vel* istam) sibi Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem, fontemque baptismatis vocare dignatus est.

#### *14. Hic pollice in fronte signat infantem, dicens:*

Et hoc signum sanctae crucis †, quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole, numquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

#### *15. Mox imponit manum super caput infantis, et dicit:*

### O r e m u s.

Aeternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, auctor luminis et veritatis, super hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N., ut digneris illum (*vel* illam) illuminare lumine intelligentiae tuae: munda eum (*vel* eam), et sanctifica; da ei scientiam veram, ut dignus (*vel* digna) gratia baptismi tui



effectus (*vel* effecta), teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen.*

*16. Postea sacerdos imponit extremam partem stolae super infantem, et introducit eum in ecclesiam, dicens:*

N. Ingredere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam aeternam. *R. Amen.*

N. Gehe in die Kirche Gottes ein, damit du mit Christus an dem ewigen Leben Theil nimmest. *A. Amen.*

I. Pojdi v' zerkev boshjo, de bosh s' Kristusam vezhniga shivljenja deleshen, (deleshna). *O. Amen.*

*17. Cum fuerint ecclesiam ingressi, sacerdos procedens ad fontem, facie ad altare versa, cum susceptoribus ad sinistram ejus assistentibus conjunctim clara voce dicit:*

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem coeli et terrae. Et in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine: passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus: descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis: ascendit ad coelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum: sanctam ecclesiam catholicam: sanctorum communionem: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem: vitam aeternam. Amen.

Ich glaube an Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde. Und an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn. Der empfangen ist von dem heiligen Geiste, geboren aus Maria der Jungfrau. Gelitten unter Pontio Pilato, gekreuziget, gestorben, und begraben. Abgestiegen zu der Hölle, am dritten Tage wieder auferstanden von den Todten. Aufgefahen in den Himmel, sitzt zu der rechten Hand Gottes, des allmächtigen Vaters. Von dannen er kommen wird zu richten die Lebendigen und die Todten. Ich glaube an den heiligen Geist. Eine

Vérujem v' Bogá Ozhéta vfigamogózhniga, s'varnika nebél in semlje. In v' Jesusa Kristusa, Sinú njegoviga ediniga, Gospada nashiga. Ktéri je spozhét od svétiga Duhá, rojen is Marije Devize. Terpel pod Ponzijem Pilátam, krishan bil, umerl, in v' grob poloshen. Dóli je shel pred pekel, tretji dan od mertvih vstal. Góri je shel v' nebéfa, sedi na desnizi Bogá Ozhéta vfigamogózhniga. Od ondód bo prishel sódit shive in mertve. Vérujem v' svétiga Duhá; svéto keršhansko katolíhko zérkev; gmajno svetnikov;



heilige, allgemeine, christliche Kirche. Gemeinschaft der Heiligen. Ablass der Sünden. Auferstehung des Fleisches. Und ein ewiges Leben. Amen.

odpušhenje gréhov; vstajenje mesá; in vézhno shivljenje. Amen.

*Deinde sacerdos et circumstantes genuflectunt, et dicunt:*

Pater noster, qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in coelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo. Amen.

Vater unser, der du bist in dem Himmel: Geheiligt werde dein Name. Zukomme uns dein Reich. Dein Wille geschehe, wie im Himmel, also auch auf Erden. Gieb uns heute unser tägliches Brod. Und vergieb uns unsere Schulden, als auch wir vergeben unsern Schuldigern. Und führe uns nicht in Versuchung: Sondern erlöse uns von dem Uebel. Amen.

Ozhe nash, ktéri si v' nebésih: Polvezhêno bôdi tvoje imé. Pridi k' nam tvoje kraljéstvo. Sgôdi se tvoja vólja, kakor v' nebesih, takó na semlji. Daj nam danš nash vsakdanji kruh. In odpústi nam nashe dolgé, kakor tudi mi odpušhamo svojim dolshníkam. In naš ne vpélji v' skušhnjávo: Temuzh réšhi naš od hudiga. Amen.

*18. His dictis surgunt, et sacerdos, antequam accedat ad baptisterium, dicat exorcismum sequentem:*

Exorcizo te, omnis spiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis †, et in nomine Jesu Christi Filii ejus, Domini et judicis nostri †, et in virtute Spiritus Sancti †, ut discedas ab hoc plasmate Dei N., quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est; ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus Sanctus habitet in eo. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. R. Amen.

*19. Postea sacerdos digito accipiat de saliva oris sui, et tangat aures et nares infantis; tangendo vero aurem dexteram et sinistram dicat:*

Ephpheta, quod est, adaperire: *Deinde tangit nares, dicens:* In odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim judicium Dei.



**20. *Postea interrogat baptizandum nominatim, dicens:***N. Abrenuntias satanae? R. *Patrinus*: Abrenuntio.

N. Widersagst du dem Teufel?

I. Še odpovéšh hudizhu?

*Antwort*: Ich widersage.*Odgovor*: Še odpovém.

Et omnibus operibus ejus? R. Abrenuntio.

Und allen seinen Werken?

In všimu njegóvimu djanju?

*Ant.* Ich widersage.*Odg.* Še odpovém.

Et omnibus pompis ejus? R. Abrenuntio.

Und aller seiner Hoffahrt?

In všimu njegóvimu napuhu?

*Ant.* Ich widersage.*Odg.* Še odpovém.**21. *Deinde sacerdos intingit pollicem in oleo catechumenorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas in modum crucis, dicens:***

Ego te linio † oleo salutis in Christo Jesu Domino nostro, ut habeas vitam aeternam. R. Amen.

**22. *Hic deponit stolam violaceam, et sumit aliam albi coloris.*****23. *Subinde pollicem et inuncta loca abstergit bombacio, vel re simili: et interrogat expresso nomine baptizandum, patrino respondente:***

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem coeli et terrae? R. Credo.

N. Glaubst du an Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?

I. Věruješh v' Bogá Ozhěta všigamogóžhniga, štvarnika neběš in semlje?

*Ant.* Ich glaube.*Odg.* Věrujem.

Credis in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum et passum? R. Credo.

Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der geboren worden ist, und gelitten hat?

Věruješh v' Jesusa Kristusa, Sinú njegoviga ediniga, Gospóda našhiga, ktěri je rojen bil, in je terpel?

*Ant.* Ich glaube.*Odg.* Věrujem.

Credis in Spiritum Sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam aeternam? R. Credo.



Glaubst du an den heiligen Geist, an eine heilige, christkatholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Ablass der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und ein ewiges Leben?

*Ant.* Ich glaube.

*24. Subinde expresso nomine baptizandi sacerdos dicit:*

N. Vis baptizari?

N. Willst du getauft werden?

*Ant.* Ich will.

Véruješh v' svetiga Duhá, svétokeršhanfko katolſhko zérkev, gmajno svetnikov, odpušhenje gréhov, vſtajenje meſá, in vézhno shivljenje?

*Odg.* Vérujem.

*R. Patrinus:* Volo.

I. Hózhesh kerſhen biti?

*Odg.* Hózhem.

*25. Tunc patrino, vel matrino, vel utroque (si ambo admittantur) infantem ita tenente, ut infans faciem habeat pronam supra vas, in quod aqua a capite decidens, dum sacerdos eam versat, labi debet, sacerdos vasculo seu urceolo accipit aquam baptismalem, et de ea ter fundit supra caput infantis, et quidem supra verticem capitis in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum distincte et attente dicit formam sequentem:*

N. Ego te baptizo in nomine Pa† tris, *fundat primo:* et Fi† lii, *fundat secundo:* et Spiritus † Sancti, *fundat tertio.*

*26. Quoniam baptismi forma his verbis expressa omnino necessaria est, ideo eam nullo modo licet mutare; sed eadem verba uno, et eodem tempore, quo fit ablutio, pronuntianda sunt. Latinus presbyter latina forma semper utatur.*

*27. Si vero dubitatur, an infans fuerit baptizatus, sacerdos utatur hac forma:*

N. Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Pa† tris, et Fi† lii, et Spiritus † Sancti.

*28. Hac tamen conditionali forma non passim, aut leviter uti licet, sed prudenter; et ubi, re diligenter pervestigata, probabilis subest dubitatio, infantem non fuisse baptizatum.*

*29. Cavendum est, ne aqua ex infantis capite in fontem, sed vel in sacrarium prope ipsum fontem exstructum defluat, aut in aliquo vase ad hunc usum parato recipiatur, et dein in sacrarium effundatur.*

*30. Dein intingit sacerdos pollicem in sacro chrismate, et ungit infantem in summitate capitis in modum crucis, dicens:*



Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum (*hic inungit*), ipse te liniat chrismate salutis † in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam aeternam. *R. Amen.*

*Sacerdos:* Pax tibi. *R.* Et cum spiritu tuo.

*31. Tum bombacio, aut re simili abstergit pollicem suum, et locum inunctum, et imponit capiti ejus linteolum candidum loco vestis albae, dicens:*

Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam aeternam. *R. Amen.*

*32. Postea dat ei, vel patrino, candelam accensam, dicens:*

Accipe lampadem ardentem, et irreprehensibilis custodi baptismum tuum, serva Dei mandata: ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei, una cum omnibus sanctis in aula coelesti, habeasque vitam aeternam, et vivas in saecula saeculorum. *R. Amen.*

*33. Postremo dicit:*

N. Vade in pace, et Dominus sit tecum. *R. Amen.*

N. Gehe im Frieden hin, und der Herr sey mit dir.

I. Pojdi v' miru, in Gospod naj bo s' teboj.

*Ant.* Amen.

*Odq.* Amen.

*34. Si vero fuerint plures baptizandi, sive masculi sive foeminae, in catechismo masculi statuantur ad dexteram, foeminae vero ad sinistram; et omnia pariter dicantur (ut supra) in proprio genere, et numero plurali. Verum prima nominis interrogatio, exsufflatio, crucis impressio, seu signatio, tactus aurium et narium cum saliva, abrenuntiationis interrogatio, unctio olei catechumenorum, interrogatio de fide, seu symbolo, et ipse baptismus, inunctio chrismatis, candidae vestis impositio, atque accensae candelae traditio, singulariter singulis, et primum masculis, deinde foeminis fieri debent.*

*35. Si infans, vel adultus aegrotus adeo graviter laboret, ut periculum immineat, ne pereat, antequam baptismus perficiatur, sacerdos omissis, quae baptismum praecedunt, eum baptizet, ter, vel etiam semel infundens aquam super caput ejus in modum crucis, dicens:*

Ego te baptizo in nomine Pa†tris, &c. *ut supra pag. 22.*



36. Si non habeatur aqua baptismalis, et periculum impendeat, sacerdos utatur aqua simplici.

37. Deinde, si habeat chrisma, liniat eum in vertice, dicens:

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi &c. ut supra pag. 23.

Postea dat ei linteolum candidum, dicens:

Accipe vestem candidam &c. ut supra pag. 23.

Ac demum dat ei ceream candelam accensam, dicens:

Accipe lampadem &c. ut supra pag. 23.

Si supervixerit, suppleantur alii ritus omissi, modo infra descripto.

38. Baptismo sic expleto, sacerdos digitos, praesertim pollicem, quo in unctionibus usus est, medulla panis abstergat, manusque lavet supra vas ad hoc paratum; bombacium vero ad abstergenda loca sacris oleis inuncta adhibitum comburat, cineresque unacum lotionis aqua projiciat in sacrarium exstructum prope fontem baptismalem.

39. Curet parochus parentes infantis admoneri, ne in lecto secum ipsi vel nutrices parvulum habeant, propter oppressionis periculum; sed eum diligenter custodiant, mulieribus non catholicis lactandum aut nutriendum nullo modo tradant, et opportune ad christianam disciplinam instituant.

40. Antequam infans ex ecclesia asportetur, aut susceptores discedant, hi admoneantur a parochio de effectibus et obligationibus, quas hujus muneris vi contraxerunt juxta decreta sacrosancti Concilii Tridentini et ecclesiae canones.

41. Postremo nomina infantis, parentum et patrinorum, aliaque de administrato baptismo ad praescriptam formam in baptismali libro parochus accurate describat.

## Ordo Baptismi Adultorum.

1. Inprimis sacerdos, paratis his, quae supra de observandis in administratione sacramenti baptismi dicuntur, lotis manibus, indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali violacei coloris, cum suis clericis accedit ad gradus altaris, et genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit, ut tantum sacramentum digne valeat ministrare; et ad



*implorandum divinum auxilium, surgens se signat, et si temporis ratio ferat, dicit:*

℣. Deus in adjutorium meum intende.

℟. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, et Filio &c. Sicut erat &c.

**2. Postea incipiat, prosequentibus clericis:**

*Antiphona.* Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, dicit Dominus.

**Psalmus 8.**

Domine Dominus noster, \* quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua \* super coelos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: \* ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo coelos tuos, opera digitorum tuorum: \* lunam et stellas, quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? \* aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum: \* et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus; \* oves et boves universas, insuper et pecora campi.

Volucres coeli et pisces maris, \* qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, \* quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

**Psalmus 28.**

Afferte Domino filii Dei: \* afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam et honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: \* adorete Dominum in atrio sancto ejus.

Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit: \* Dominus super aquas multas.

Vox Domini in virtute: \* vox Domini in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros: \* et confringet Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: \* et dilectus quemadmodum filius unicornium.

Vox Domini intercidentis flammam



ignis: \* vox Domini concutientis desertum, et commovebit Dominus desertum Cades.

Vox Domini praeprantis cervos, et revelabit condensa: \* et in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare fa-

cit: \* et sedebit Dominus rex in aeternum.

Dominus virtutem populo suo dabit: \* Dominus benedicet populo suo in pace.

Gloria Patri etc. Sicut erat etc.

## Psalmus 41.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: \* ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum: \* quando veniam, et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte: \* dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Haec recordatus sum, et effudi in me animam meam: \* quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis et confessionis, \* sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? \* et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est: \* propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermonim a monte modico.

Abyssus abyssum invocat, \* in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua et fluctus tui \* super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam, \* et nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitae meae; \* dicam Deo: Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? \* et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea: \* exprobraverunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es anima mea, et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: \* salutare vultus mei, et Deus meus.

Gloria Patri etc. Sicut erat &c.

*Et repetitur antiphona:* Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, dicit Dominus.

**3. Deinde dicitur:** Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.



℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℞. Sed libera nos a malo.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei, aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare unitatem: quaesumus, ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis.

Adesto supplicationibus nostris, omnipotens Deus; et quod humilitatis nostrae gerendum est ministerio, tuae virtutis impleatur effectum.

Da, quaesumus Domine, electo nostro (*vel* electae nostrae), ut sanctis edoctus (*vel* edocta) mysteriis, et renovetur fonte baptismatis, et inter ecclesiae tuae membra numeretur. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

4. *Si plures fuerint baptizandi, haec tertia oratio dicatur in numero plurali.*

5. *Deinde sacerdos procedit ad fores ecclesiae, et stat in limine, catechizandus vero extra limen. Et si sunt plures, mares et foeminae, illi ad dexteram sacerdotis, hae vero ad sinistram statuuntur, et sacerdos interrogat:*

Quo nomine vocaris?

Wie heißest du?

| Kako ti je ime?

*Catechumenus respondet:* N.

*Sacerdos:* N. Quid petis ab ecclesia Dei?

N. Was verlangst du von der Kirche | I. Kaj shelish od zerkve boshje?  
Gottes?

*Resp.* Fidem. Den Glauben. Véro.

*Sacerdos:* Fides quid tibi praestat?

Was gewährt dir der Glaube? | Kaj ti da véra?

*Resp.* Vitam aeternam. Das ewige Leben. Vézhno shivljenje.

*Sacerdos:* Si vis habere vitam aeternam, serva mandata. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua; et proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus man-



datis tota lex pendet, et prophetae. Fides autem est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate venereris; neque confundendo personas, neque substantiam separando. Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti; sed horum trium una est substantia, et non nisi una Divinitas.

Wenn du das ewige Leben erlangen willst, so halte die Gebothe. Du sollst Gott deinen Herrn lieben aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele, und aus deinem ganzen Gemüthe; deinen Nächsten aber wie dich selbst. An diesen zweyen Gebothten hängt das ganze Gesetz, und die Propheten. Der Glaube aber ist dieser, daß du einen Gott in der Dreyeinigkeit, und die Dreyeinigkeit in der Einheit verehrest, ohne die Personen zu vermengen, noch die Wesenheit zu trennen; denn verschieden ist die Person des Vaters, die des Sohnes, die des heiligen Geistes; aber diese drey haben nur eine Wesenheit, und nur eine Gottheit.

Ako hózhesh vézhno shivljenje sadobíti, spolnúj sapóvedi. Ljubi Gospóda, svojiga Bogá, is vsiga svojiga serza, in is vse svoje dúšhe, in is vse svoje misli; in svojiga blishnjiga, kakor sam sebe. V' téh dvéh sapóvedih je sapopadena vsa postava, in preroki. Véra pa je ta, de eniga Bogá v' Š. Trojizi, in Š. Trojizo v' edinosti mólišh, takó de raslózhišh perfhone, in vender bitja ne rasdelišh. Akoravno so namrezn perfhone Ozhéta, Šina in svétiga Duhá v' resnizi ena od druge raslozhene, so vender ti trije le eno in ravno tilto bitje, in le en sami Bog.

**6. Et rursus interrogat:** N. Abrenuntias satanae? R. Abrenuntio.

N. Widersagst du dem Teufel?

**Ant.** Ich widersage.

**I.** Še odpovéšh hudizhu?

**Odg.** Še odpovém.

**Interrogat:** Et omnibus operibus ejus? R. Abrenuntio.

Und allen seinen Werken?

**Ant.** Ich widersage.

In všimu njegovimu djanju?

**Odg.** Še odpovém.

**Interrogat:** Et omnibus pompis ejus? R. Abrenuntio.

Und aller seiner Hoffart?

**Ant.** Ich widersage.

In všimu njegovimu napuhu?

**Odg.** Še odpovém.

**7. Deinde sacerdos interrogat de symbolo fidei, dicens:**

Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem coeli et terrae?  
R. Credo.



Glaubst du an Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?

**Ant.** Ich glaube.

**Interrogat:** Credis in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum et passum? **R.** Credo.

Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der geboren worden ist, und gelitten hat?

**Ant.** Ich glaube.

**Interrogat:** Credis et in Spiritum Sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam aeternam? **R.** Credo.

Glaubst du auch an den heiligen Geist, an eine heilige, christkatholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Ablass der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und ein ewiges Leben?

**Ant.** Ich glaube.

Vérujesh v' Bogá Ozhéta vřigamogózhniga, řtvárnika nebél in semlje?

**Odg.** Vérujem.

Vérujesh v' Jesufa Krřtufa, řinú njegoviga ediniga, Gosřóda nařhiga, křéri je rojen bil, in je terpel?

**Odg.** Vérujem.

Vérujesh tudi v' řvétiga Duhá, řvéto kerřhanřko katolřhko zerkev, gmajno řvetnikov, odpuřhenje gréhov, vřřajenje meřá, in véřhno řhivljenje?

**Odg.** Vérujem.

8. *Tunc sacerdos exsufflat ter in faciem ejus, semel dicens:*

Exi ab eo (*vel* ab ea) spiritus immunde, et da locum Spiritui Sancto Paraclito.

9. *Hic in modum crucis halet in faciem ipsius, et dicat:*

N. Accipe Spiritum bonum per istam insufflationem, et Dei benedictionem †. Pax tibi.

10. *Deinde facit crucem cum pollice in ejus fronte et pectore, dicens:*

N. Accipe signum crucis tam in fronte †, quam in corde †, sume fidem coelestium praeceptorum. Talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis: ingressusque ecclesiam Dei, evasisse te laqueos mortis laetus agnosce (horresce idola, respue simulacra), cole Deum Patrem omnipotentem, et Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. **R.** Amen.

*Hic advertendum est, quod dicta verba* (horresce idola, respue



simulacra) dicantur catechumeno, qui venit de gentilitatis errore, seu de ethnicis et idololatriis. Catechumeno vero Judaeo, sive ex Hebraeis venienti, loco horum verborum dicatur: **Horresce Judaicam perfidiam, respue Hebraicam superstitionem.** *Saraceno autem, vel Turcae, aut Persae, sive alii ex Mahumetanis ad fidem venienti catechumeno, loco eorundem verborum dicatur: Horresce Mahumeticam perfidiam, respue pravam sectam infidelitatis.* *At haeretico ad catholicam ecclesiam venienti, qui, si in ejus baptismo debita forma servata non est, baptizari debet, dicatur: Horresce haeticam pravitatem, respue nefarias sectas impiorum.* *Vel exprimatur proprio nomine secta, de qua catechumenus venit.*

*11. Si plures sunt electi, omnia supradicta dicantur singillatim super singulos.*

### O r e m u s.

Te deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, ut huic famulo tuo (*vel* famulae tuae) N., qui (*vel* quae) in hujus saeculi nocte vagatur incertus ac dubius (*vel* incerta ac dubia), viam veritatis et agnitionis tuae jubeas demonstrari: quatenus reseratis oculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Filio, et Filium in Patre cum Spiritu Sancto recognoscat, atque hujus confessionis fructum et hic et in futuro saeculo percipere mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*12. Si plures sint electi, praecedens oratio dicatur in numero plurali; (sequentes autem signationes fiant cum suis verbis singillatim super singulos.)*

*13. Deinde signet electum signo crucis cum pollice in fronte, dicens:*

Signo tibi frontem †, ut suscipias crucem Domini.

*In auribus:* Signo tibi aures †, ut audias divina praecepta.

*In oculis:* Signo tibi oculos †, ut videas claritatem Dei.

*In naribus:* Signo tibi nares †, ut odorem suavitatis Christi sentias.

*In ore:* Signo tibi os †, ut loquaris verba vitae.

*In pectore:* Signo tibi pectus †, ut credas in Deum.

*In scapulis:* Signo tibi scapulas †, ut suscipias jugum servitutis ejus.

*In toto corpore, illud non tangens, manu producit signum crucis, et dicit:*



Signo te totum in nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti, ut habeas vitam aeternam, et vivas in saecula saeculorum. R. Amen.

O r e m u s.

Preces nostras, quaesumus Domine, clementer exaudi, et hunc electum tuum (*vel* hanc electam tuam) N. crucis dominicae, cujus impressione eum (*vel* eam) signamus, virtute custodi: ut magnitudinis gloriae tuae rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

O r e m u s.

Deus, qui humani generis ita es conditor, ut sis etiam reformator, propitiare populis adoptivis, et novo testamento sobolem novae prolis adscribe: ut filii promissionis, quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*14. Tunc imponit manum super caput electi, et dicit:*

O r e m u s.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere digneris super hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N., quem (*vel* quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem coecitatem cordis ab eo (*vel* ab ea) expelle: disrumpe omnes laqueos satanae, quibus fuerat colligatus (*vel* colligata): aperi ei, Domine, janua pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae imbutus (*vel* imbuta) omnium cupiditatum foetoribus careat, et ad suavem odorem praeceptorum tuorum laetus (*vel* laeta) tibi in ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem, ut idoneus (*vel* idonea) efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, percepta medicina. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*15. Si plures sint, haec et praecedens oratio: Preces nostras &c. dicantur in numero plurali.*

*16. Deinde sacerdos benedicit sal.*

### Benedictio salis dandi catechumeno.

Exorcizo te, creatura salis, in nomine Dei Patris &c., *ut in ordine baptismi parvulorum pag. 17.*



*17. Tunc pollice et indice accipit de ipso sale, et immittit in os catechumeni, dicens:*

N. Accipe sal sapientiae: propitiatio sit tibi in vitam aeternam. R. Amen.

V. Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Deus patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N. respicere digneris propitius, et hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quominus cibo expleatur coelesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum (*vel* eam), Domine quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*18. Si plures sint, dicatur singulis: N. Accipe sal &c. et praecedens oratio: Deus patrum nostrorum &c. in numero plurali.*

*19. Quodsi catechumenus fuerit gentilis, seu ex idololatriis venerit ad fidem, benedicto sale, priusquam ejus medicinam gustet, sacerdos addat sequentem orationem, dicens:*

### O r e m u s.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui es, qui eras, et qui permanes usque in finem, cujus origo nescitur, nec finis comprehendendi potest: te supplices invocamus super hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N., quem (*vel* quam) liberasti de errore gentilium, et conversatione turpissima; dignare exaudire eum (*vel* eam), qui (*vel* quae) tibi cervices suas humiliat ad lavacri fontem; ut renatus (*vel* renata) ex aqua et Spiritu Sancto, expoliatus (*vel* expoliata) veterem hominem, induat novum, qui secundum te creatus est; accipiat vestem incorruptam et immaculatam, tibiue Deo nostro servire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*20. Si plures sint, praecedens oratio dicatur in numero plurali.*

*21. Deinde sacerdos dicat super masculum tantum:*

Ora electe, flecte genua, et dic: Pater noster &c.

Außermählter bethe, knie nieder, und  
sprich: Vater unser u. s. w.

Môli, isvóljeni, poklekni, in rezi:  
Ozhe nash i. t. d.



*Et electus genuflexus orat, et dicit: Pater noster. Et cum oraverit, et dixerit, Pater noster, usque ad: sed libera nos a malo, inclusive, sacerdos subjungit:*

Leva, comple orationem tuam, et dic: Amen.

Steh auf, vollende dein Gebeth, und | Vřani, konzhaj svojo molitev, in  
sage: Amen. | rezi: Amen.

*Et ille respondet: Amen.*

*Et sacerdos dicit patrino: Signa eum.*

Bezeichne ihn mit dem heiligen Kreuze. | Sasnámovaj ga s' svetim krishem.

*Deinde electo: Accede. Tritt herzu. Stopi sem.*

*Et patrinus pollice signat eum in fronte, dicens:*

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Im Nahmen Gott des Vaters, und | V' iménu Bogá Ozhéta, in řina,  
des Sohnes, und des heiligen Geistes. | in svetiga Duhá.

*22. Tum quoque sacerdos facit crucem in fronte ejus, ita dicendo:*

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Im Nahmen Gott des Vaters, und | V' iménu Bogá Ozhéta, in řina,  
des Sohnes, und des heiligen Geistes. | in svetiga Duhá.

*Et imponit manum super eum, et dicit:*

O r e m u s.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Moysi famulo tuo in monte Sinai apparuisti, et filios Israëel de terra Aegypti eduxisti, deputans eis angelum pietatis tuae, qui custodiret eos die ac nocte: te quaesumus, Domine, ut mittere digneris sanctum angelum tuum de coelis, qui similiter custodiat et hunc famulum tuum N., et perducatur eum ad gratiam baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

## Exorcismus.

Ergo, maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, et Spiritui Sancto; et recede ab hoc famulo Dei N., quia istum sibi Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, fontemque baptismatis vocare dignatus est: et hoc signum sanctae † crucis, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, numquam audeas violare:



Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. *R.* Amen.

*23. Sed si plures sint catechumeni, hic et in sequentibus sacerdos dicat in numero plurali: Orate electi, flectite genua &c., ut supra, usque ad finem praecedentis exorcismi, qui incipit: Ergo, maledicte diabole.*

*24. Item super unum secundo dicat: Ora electe, flecte genua, et dic: Pater noster, et reliqua, ut supra pag. 32. usque ad orationem: Deus Abraham, exclusive; deinde imponit manum super eum, ac dicit:*

### O r e m u s.

Deus, immortale praesidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum, te invoco super hunc famulum tuum N., qui baptismi tui donum petens, aeternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat: accipe eum, Domine, et quia dignatus es dicere: Petite, et accipietis; quaerite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis: petenti praemium porrige, et janua pande pulsanti, ut aeternam coelestis lavacri benedictionem consecutus, promissa tui muneris regna percipiat. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. *R.* Amen.

### Exorcismus.

Audi, maledicte satana, adjuratus per nomen aeterni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi Filii ejus, cum tua victus invidia, tremens gemensque discede; nihil tibi sit commune cum servo Dei N. jam coelestia cogitante, renuntiaturus tibi et saeculo tuo, et beatae immortalitati victuro. Da igitur honorem advenienti Spiritui Sancto, qui ex summa coeli arce descendens, proturbatis fraudibus tuis, divino fonte purgatum pectus, sanctificatum Deo templum et habitaculum perficiat: ut ab omnibus penitus noxiis praeteritorum criminum liberatus servus Dei, gratias perenni Deo referat semper, et benedicat nomen sanctum ejus in saecula saeculorum. *R.* Amen.

*25. Item super unum masculum tertio dicat, ut supra: Ora electe, flecte genua, et dic: Pater noster &c. usque ad orationem: Deus Abraham, exclusive; deinde imponit manum super eum, dicens:*



## Exorcismus.

Exorcizo te, immunde spiritus, in nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti; ut exeas et recedas ab hoc famulo Dei N.; ipse enim tibi imperat, maledicte, dammate, qui pedibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit.

**26. Exorcismus:** Ergo, maledicte diabole &c., *et repetit totum, ut supra habetur.*

**27. Super foeminam vero sacerdos dicit:** Ora electa, flecte genua, et dic: Pater noster, &c. *ut supra pagina 32. usque ad orationem: Deus Abraham, exclusive. Deinde imponit manum super eam, et dicit:*

### O r e m u s.

Deus coeli, Deus terrae, Deus angelorum, Deus archangelorum, Deus patriarcharum, Deus prophetarum, Deus apostolorum, Deus martyrum, Deus confessorum, Deus virginum, Deus omnium bene viventium: Deus, cui omnis lingua confitetur, et omne genu flectitur, coelestium, terrestrium, et infernorum: te invoco, Domine, super hanc famulam tuam N., ut eam custodire et perducere digneris ad gratiam baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

**28. Deinde dicatur exorcismus:** Ergo, maledicte diabole, recognosce sententiam tuam &c. *ut supra pag. 33, attamen in genere foeminino.*

**29. Si plures fuerint foeminae catechumenae, hic et in sequentibus sacerdos dicat in numero plurali:** Orate electae, flectite genua, et dicite: Pater noster, *et reliqua, ut supra, usque ad orationem: Deus Abraham, exclusive: deinde imponit manum super capita singularum, et postea in eodem numero plurali dicit orationem: Deus coeli, Deus terrae &c. et exorcismum: Ergo, maledicte diabole &c., ut supra pag. 33.*

**30. Interim super unam tantum, secundo et tertio repetit:** Ora electa, flecte genua, et dic: Pater noster, *et reliqua, ut supra, usque ad finem orationis: Deus Abraham, et hanc quidem in genere foeminino; qua finita imponit manum super caput ejus, et post tertiam signationem dicit:*

## Exorcismus.

Exorcizo te, immunde spiritus, per Patrem †, et Filium †, et Spiritum † Sanctum, ut exeas et recedas ab hac famula Dei N.; ipse



enim tibi imperat, maledicte, dammate, qui coeco nato oculos aperuit, et quatruiduanum Lazarum de monumento suscitavit.

Ergo, maledicte diabole, recognosce sententiam tuam &c., *ut pag. 33., attamen in genere foeminino.*

**31. Super utrumque, sive masculum, sive foeminam imponit manum super caput ejus, et dicit:**

### O r e m u s.

Aeternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, auctor luminis et veritatis, super hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N., ut digneris eum (*vel* eam) illuminare lumine intelligentiae tuae: munda eum (*vel* eam) et sanctifica; da ei scientiam veram, ut dignus (*vel* digna) efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus (*vel* apta) sit ad percipiendam gratiam tuam. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

**32. Si plures fuerint electi, sive mares sive foeminae, praecedentes orationes et exorcismi dicantur in numero plurali, et in genere proprio, ut superius dictum est.**

**33. His peractis, sacerdos sinistra manu apprehendens dexteram electi prope brachium, vel ei porrigens extremam partem stolae, introducit eum in ecclesiam, dicens:**

N. Ingredere in sanctam ecclesiam Dei, ut accipias benedictionem coelestem a Domino Jesu Christo, et habeas partem cum illo, et sanctis ejus. R. Amen.

N. Gehe in die heilige Kirche Gottes ein, damit du den himmlischen Segen von dem Herrn Jesu Christo erlangest, und mit ihm, und seinen Heiligen an dem ewigen Leben Theil nimmest.

**Ant.** Amen.

I. Pojdi v' sveto zerkev boshjo, de nebeshki shegen od Gospoda Jesusa Kristusa sadobish, ter s' njim in s' njegovimi svetniki vezhniga shivljenja deleshen (deleshna) postanesh.

**Odg.** Amen.

**34. Si plures fuerint, dicat in numero plurali: Ingredimini in sanctam ecclesiam &c., et introducat eos, ut supra.**

**35. Et ingressus electus procumbit, seu prosternit se in pavimento, et adorat.**

**36. Deinde surgit, et sacerdos imponit manum super caput ejus,**



*et electus cum eo recitat symbolum apostolorum, et orationem dominicam vulgari sermone, ut supra pag. 19. & 20.*

*37. Ita etiam si plures fuerint, omnes surgunt, et simul recitant vulgari sermone: Credo in Deum, Patrem omnipotentem &c., et Pater noster &c., ut supra.*

*38. Tunc rursus sacerdos imponat manum super caput electi, et dicat:*

### Exorcismus.

Nec te latet, satana, imminere tibi poenas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicii, diem supplicii sempiterni, diem, qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi atque universis angelis tuis praeparatus sempiternus erit interitus. Proinde dammate atque damnande, da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, da honorem Spiritui Sancto Paraclito, in cujus nomine atque virtute praecipio tibi, quicumque es, spiritus immunde, ut ex eas et recedas ab hoc famulo (*vel* hac famula) Dei N.; quem (*vel* quam) hodie idem Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem, fontemque baptismatis dono vocare dignatus est; ut fiat ejus templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum. In nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. *R.* Amen.

*39. Similiter si plures fuerint, imponit manum super capita singulorum, et dicit eundem exorcismum in numero multitudinis, et genere suo.*

*40. Postea sacerdos pollice accipit de saliva oris sui, et tangit aures et nares electi; tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicat:*

Ephpheta, quod est, adaperire, *deinde tangendo nares dicat:* In odorem suavitatis, *et subdit:* Tu autem effugare, diabole, appropinquabit enim iudicium Dei.

*41. Deinde interrogat electum:*

Quis vocaris? Wie heißest du? Kakó ti je imé?

*Et ipse respondet:* N.

*Interrogat:* N. Abrenuntias satanae? *R.* Abrenuntio.

N. Widersagst du dem Teufel?

*Ant.* Ich widersage.

I. Še odpověšh hudižhu?

*Odg.* Še odpovém.



*Interrogat:* Et omnibus operibus ejus? R. Abrenuntio.

Und allen seinen Werken?

| In vřimu njegovimu djanju?

*Ant.* Ich widersage.

| *Odg.* ře odpovém.

*Interrogat:* Et omnibus pompis ejus? R. Abrenuntio.

Und aller seiner Hoffahrt?

| In vřimu njegovimu napúhu?

*Ant.* Ich widersage.

| *Odg.* ře odpovém.

*42. Tunc sacerdos intingit pollicem dexteræ manus in oleo sancto catechumenorum, et inungit electum primum in pectore, deinde inter scapulas in modum crucis, dicens:*

Ego te linio oleo salutis † in Christo Jesu Domino nostro in vitam æternam. R. Amen.

Ů. Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo.

*43. Mox bombacio vel re simili tergit pollicem et loca inuncta, et subjungit, dicens:*

Exi immunde spiritus, et da honorem Deo vivo et vero. Fuge immunde spiritus, et da locum Jesu Christo Filio ejus. Recede immunde spiritus, et da locum Spiritui Sancto Paraclito.

*44. Quando plures sunt electi, idem fit circa singulos eorum. Et ducitur electus ad baptisterium: ubi si ob aliquam causam non habeatur, sive praeparata non fuerit aqua baptismalis, fiat benedictio fontis, ut infra ponitur. Et cum fuerit prope fontem, sacerdos deponit stolam, sive pluviale violacei coloris, et accipit aliam stolam, sive aliud pluviale albi coloris; deinde electum interrogat:*

Quis vocaris? R. N.

Wie heiřest du? *Ant.* N.

| Kakó ti je imé? *Odg.* I.

*45. Interrogat:* N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem coeli et terræ? R. Credo.

N. Glaubst du an Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?

| I. Věruješh v' Bogá Ozhéta, vřigamogózhniga, řtvárnika nebés in semlje?

*Ant.* Ich glaube.

| *Odg.* Věrujem.

*Interrogat:* Credis in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum et passum? R. Credo.



Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der geboren worden ist, und gelitten hat?

**Ant.** Ich glaube.

Véruješh v' Jesusa Kristusa, Sinú njegoviga ediniga, Gospóda našhiga, ktéri je rojen bil, in je terpel?

**Odg.** Vérujem.

**Interrogat:** Credis et in Spiritum Sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam aeternam? **R.** Credo.

Glaubst du auch an den heiligen Geist, eine heilige, christkatholische Kirche; Gemeinschaft der Heiligen; Ablass der Sünden; Auferstehung des Fleisches; und ein ewiges Leben?

**Ant.** Ich glaube.

Véruješh tudi v' svetiga Duhá, sveto kershanfko katolíhko zerkev, gmajno svetníkov, odpushtenje gréhov, vstajenje mesa, in vezhno shivljenje?

**Odg.** Vérujem.

**Iterum interrogat, dicens:** N. Quid petis? **R.** Baptismum.

N. Was verlangst du?

I. Kaj shelish?

**Ant.** Die Taufe.

**Odg.** Kerst.

**Interrogat:** Vis baptizari? **R.** Volo.

Willst du getauft werden?

Hozhefsh kershen biti?

**Ant.** Ich will.

**Odg.** Hozhem.

**46.** *Tunc patrino, vel matrino, vel utroque (si ambo admittantur) admota manu tenente seu tangente electum, vel electam, aperto capite, et laxatis a collo vestibus inclinatum, sacerdos vasculo vel urceolo haurit aquam baptismalem de fonte, et cum ea sub trina supra caput in modum crucis infusione baptizet electum, seu electam, in nomine Ss. Trinitatis, sic dicens:*

Ego te baptizo in nomine Pa† tris, *fundat primo:* et Fi† lii, *fundat secundo:* et Spiritus† Sancti, *fundat tertio.*

**47.** *Si aqua, quae ex capite baptizati defluit, non dilabitur in sacrarium baptisterii, recipiatur in subjecta aliqua pelvi, et in illud postmodum projiciatur.*

**48.** *Cum plures sunt electi, singillatim singuli interrogantur, et baptizantur, ut supra. Si sunt mares et foeminae, primum mares, deinde foeminae.*

**49.** *Verum si probabiliter dubitetur, an electus fuerit alias baptizatus, dicat sacerdos:*



Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Pa† tris, et Fi† lii, et Spiritus † Sancti.

*50. Deinde sacerdos intingit pollicem dexterum in sacrum chrisma, et perungit verticem electi in modum crucis, dicens:*

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, (*hic inungit*) ipse te linit chrismate salutis † in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam aeternam. R. Amen.

Y. Pax tecum. R. Et cum spiritu tuo.

*51. Tunc bombacio vel re simili pollicem tergit, et imponit capiti electi chrismale, seu candidum linteolum, et dat illi vestem candidam, dicens:*

Accipe vestem candidam et immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam aeternam. R. Amen.

*52. Et electus deponit priores vestes, et induitur novis albi coloris, vel saltem exteriore candida, quam a sacerdote accipit. Postea dat ei sacerdos cereum, seu candelam accensam in manu dextera, dicens:*

Accipe lampadem ardentem, et irreprehensibilis custodi baptismum tuum: serva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei in aula coelesti in vitam aeternam. R. Amen.

*53. Ipse vero neophytus eundem cereum accensum manibus teneat usque in finem, praeterquam dum confirmatur.*

*54. Postea dicat:* N. Vade in pace, et Dominus sit tecum. R. Amen.

|                                                   |                                              |
|---------------------------------------------------|----------------------------------------------|
| N. Gehe im Frieden hin, und der Herr sey mit dir. | I. Pojdi v' miru, in Gospod naj bo s' teboj. |
|---------------------------------------------------|----------------------------------------------|

*Ant.* Amen.

*Odg.* Amen.

*55. Baptismo sic expleto, sacerdos manus lavet, ut supra in ordine baptismi parvulorum, pag. 24. Nr. 38.*

*56. Si adsit episcopus, qui id legitime praestare possit, ab eo neophyti sacramento confirmationis initiantur: deinde, si hora congruens fuerit, celebratur missa, cui neophyti intersunt, et sanctissimam Eucharistiam devote suscipiunt.*

*57. Si vero ob baptizandorum multitudinem in singulorum bap-*



*tismo praescripti ritus adhiberi non possunt, tunc vel pluribus simul adhibeantur, vel, si urget necessitas, omittantur.*

## Ordo supplendi omissa super baptizatum.

*Cum urgente mortis periculo, vel alia cogente necessitate, sive parvulus sive adultus, sacris precibus ac ceremoniis praetermissis, fuerit baptizatus, ubi convalescerit, vel cessaverit periculum, et ad ecclesiam delatus fuerit, omissa omnia suppleantur: idemque ordo ac ritus servetur, qui in baptismo parvulorum (si fuerit parvulus), seu adultorum (si fuerit adultus) praescriptus est. Excepto quod interrogatio, an velit baptizari, formaque baptismi, et ablutio praetermittuntur, et sequentes orationes, et exorcismi suo quique loco immutati, ut infra, dicuntur.*

*Sacerdos igitur antequam immittat sal in os baptizati, manum super caput ejus (ut supra pag. 17. et 31.) imponens, dicit:*

### O r e m u s.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere digneris super hunc famulum tuum N., quem (*vel* hanc famulam tuam N., quam) dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es; omnem coecitatem cordis ab eo (*vel* ab ea) expelle; disrumpe omnes laqueos satanae, quibus fuerat colligatus (*vel* colligata); aperi ei Domine, januam pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae imbutus (*vel* imbuta), omnium cupiditatum foetoribus careat, et ad suavem odorem praeceptorum tuorum laetus (*vel* laeta) tibi in ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem, ut idoneus (*vel* idonea) sit frui gratia baptismi tui, quem suscepit, salis percepta medicina. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Deinde, posteaquam modicum salis (ut supra pag. 18. et 32.) immisit in os baptizati, dicens: Accipe sal sapientiae, propitiatio sit tibi in vitam aeternam. R. Amen. Dicit:*

### O r e m u s.

Deus patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N. respicere digneris propitius, et hoc pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quominus cibo expleatur coelesti; quatenus



sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens, et quem (*vel* quam) ad novae regenerationis lavacrum perduxisti, quaesumus Domine, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Post haec, facto signo crucis in fronte baptizati, dictisque (ut supra pag. 18. et 33.) illis verbis:* Et hoc signum crucis †, quod ros fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*Manu (ut supra pag. 18. et 36.) super caput ejus imposita, dicit:*

### O r e m u s.

Aeternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine saecte, Pater omnipotens, aeterne Deus, auctor luminis et veritatis, super hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N., ut digneris illum (*vel* illam) illuminare lumine intelligentiae tuae: munda eum (*vel* eam) et sanctifica; da ei scientiam veram, ut dignus (*vel* digna) sit frui gratia baptismi tui, quem suscepit: teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus (*vel* apta) sit ad retinendam gratiam baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*In baptismo autem adultorum, praeter illa, quae supra notata sunt, quando supplentur omissa, haec mutari debent. Primum in exorcismo:* Audi maledicte satana (*pag. 34.*), ubi dicitur (habituaculum perficiat), *dicatur*, habituaculum perfecit. *Deinde in exorcismo:* Nec te latet (*pag. 37.*), ubi dicitur (ut fiat), *dicatur*, ut fieret.

## Ritus servandus, cum episcopus baptizat.

1. Si episcopus parvulos vel adultos baptizare voluerit, parantur et servantur omnia, ut superius de ordine baptismi dictum est, atque haec praeterea, quae infra notantur.

2. Adsint capellani, vel alii presbyteri et clerici, superpelliceis induti, qui ei assistant ac ministrent.

3. Ipse vero super rochetum (sive superpelliceum, si est regularis) accipiat albam, et cingulum, et stolam, et pluviale violacei coloris, ac mitram: atque ita paratus cum ministris procedat ad baptismi ministerium.

4. *Dum interrogat:* N. Quid petis ab ecclesia Dei? *ac dum*



*facit reliquas interrogationes; sedet cum mitra; cum vero exsufflat, dicendo: Exi ab eo immunde spiritus, surgit cum mitra. — Rursus sedet, cum signat catechumenum signo crucis in fronte et in pectore, vel dicit: Accipe signum crucis &c., et cum dicit orationes, quae praecedunt, vel sequuntur benedictionem salis, surgit; deposita mitra, similiter cum ipsum sal benedicit. Cum autem sal benedictum immittit in os baptizandi, mitram accipit ac sedet. Cum vero legit exorcismos, et dum saliva aures et nares catechumeni tangens dicit: Ephpheta, ac dum introducit eum in ecclesiam, stat cum mitra. Cum autem dicit: Credo in Deum patrem &c. et Pater noster, super catechumenum, stat sine mitra. Sed cum nomen quaerit et interrogat: N. Abrenuntias satae? &c. et baptizandum oleo sacro in pectore, et inter scapulas inungit, sedet cum mitra; quo facto accipit stolam et pluviale album, et cum rursus interrogat de fide: Credis in Deum &c. Vis baptizari &c. et cum baptizat, ac chrismate verticem baptizati linit, cum dat ei vestem candidam, et candelam accensam, ac dicit: Vade in pace &c., sedet cum mitra.*

*Si autem pontifex quempiam a presbytero jam catechizatum tantum baptizare voluerit, sic paratus vestibis albis incipiat, postquam ad baptisterium deventum fuerit, dicens: Quo nomine vocaris? R. N. Episcopus interrogat: N. Credis in Deum Patrem omnipotentem &c. et prosequitur usque in finem juxta ordinem baptismi, ut supra.*

## Benedictio fontis baptismi extra sabbatum paschae et pentecostes, cum aqua consecrata non habetur.

1. *Primum lavatur et mundatur vas baptisterii, deinde limpida aqua repletur. Tum sacerdos cum suis clericis, vel etiam aliis presbyteris, cruce et duobus cereis praecedentibus, ac thuribulo, et incenso, et cum vasculis chrismatis et olei catechumenorum descendit ad fontem, et ibi, vel ante altare baptisterii, dicit litaniam ordinariam, prout habetur infra post septem psalmos poenitentiales.*

2. *Et ante V. Ut nos exaudire digneris, dicat, et secundo repetat sequentem versum:*

*Ut fontem istum ad regenerandam tibi novam prolem benedicere †, et consecrare † digneris: Te rogamus, audi nos.*



**3. *Potest etiam dici litania brevior, ut in missali in sabbato sancto; et dicto ultimo, Kyrie eleison.***

**4. *Sacerdos dicat: Pater noster, et Credo in Deum &c., omnia clara voce: quibus finitis dicat:***

℣. Apud te, Domine, est fons vitae.

℟. Et in lumine tuo videbimus lumen.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnae pietatis tuae mysteriis, adesto sacramentis, et ad recreandos novos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte: ut quod nostrae humilitatis gerendum est ministerio, virtutis tuae impleatur effectus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

### Exorcismus aquae.

Exorcizo te, creatura aquae, per Deum vivum †, per Deum verum †, per Deum sanctum †, per Deum, qui te in principio verbo separavit ab arida, cujus super te spiritus ferebatur, qui te de paradiso manare jussit.

**5. *Hic manu aquam dividat, et deinde de ea effundat extra marginem fontis versus quatuor orbis partes, prosequens:***

Et in quatuor fluminibus totam terram rigare praecepit: qui te in deserto amaram per lignum dulcem fecit atque potabilem; qui te de petra produxit, ut populum, quem ex Aegypto liberaverat, siti fatigatum recrearet. Exorcizo te et per Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, qui te in Cana Galilaeae, signo admirabili, sua potentia convertit in vinum: qui super te pedibus ambulavit, et a Joanne in Jordane in te baptizatus est: qui te una cum sanguine de latere suo produxit, et discipulis suis jussit, ut credentes baptizarent in te, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti; ut efficiaris aqua sancta, aqua bene-



dicta, aqua, quae lavat sordes, et mundat peccata. Tibi igitur praecipio, omnis spiritus immunde, omne phantasma, omne mendacium, eradicare, et effugare ab hac creatura aquae, ut, qui in ipsa baptizandi erunt, fiat eis fons aquae salientis in vitam aeternam, regenerans eos Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. *R.* Amen.

### O r e m u s.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, aquarum spirituum alium sanctificator, te suppliciter deprecamur, ut ad hoc ministerium humilitatis nostrae respicere digneris, et super has aquas abluendis et purificandis hominibus praeparatas, angelum sanctitatis emittas, quo peccatis vitae prioris ablutis, reatuque deterso, purum Sancto Spiritui habitaculum regenerati effici mereantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.

*6. Tunc sufflet ter in aquam versus tres partes secundum hanc figuram Ψ: deinde imponit incensum in thuribulo, et fontem incensat. Postea infundens de oleo catechumenorum in aquam in modum crucis, clara voce dicit:*

Sanctificetur et foecundetur fons iste oleo salutis nascentibus ex eo in vitam aeternam, in nomine Pa † tris, et Fi † lii, et Spiritus † Sancti. *R.* Amen.

*7. Deinde infundit de chrismate, modo quo supra, dicens:*

Infusio chrismatis Domini Jesu Christi, et Spiritus Sancti Paracleti, fiat in nomine sanctae Trinitatis. *R.* Amen.

*8. Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti et chrismatis, et de utroque simul in modum crucis infundendo, dicit:*

Commixtio chrismatis sanctificationis, et olei unctionis, et aquae baptismatis pariter fiat in nomine Pa † tris, et Fi † lii, et Spiritus † Sancti. *R.* Amen.

*9. Tum deposita ampulla, dextera manu oleum sanctum, et chrisma infusum miscet cum aqua, et spargit per totum fontem. Deinde medulla panis manum tergit, et si quis baptizandus est, eum baptizat, ut supra. Quod si neminem baptizat, statim manus abluat, et ablutio effundatur in sacrarium.*



## De Sacramento Confirmationis.

1. *Licet solus episcopus sacramenti confirmationis sit ordinarius minister, ideoque ritus illud conferendi ex pontificali romano peti debeat, perutile tamen visum est, ea, quae a parochis circa id bene observanda erunt, hic apponere.*

2. *Cum intellexerit parochus, velle episcopum confirmationis sacramentum in sua parochia administrare, monebit tempestive populum, eumque pro suggestu instituet de dignitate, necessitate, utilitate, institutione, effectibus, ceremoniis, aliisque hujus sacramenti pertinentiis, ad captum suarum plebium disserendo.*

3. *Exhortabitur universos nondum confirmatos, ne hanc istius pretiosi thesauri occasionem, quae quotidiana non est, negligant; adjecta tamen monitione, ne quis iterato hoc sacramentum suscipere praesumat, nisi gravissimum sacrilegii scelus committere velit, simulque attendere debebit, ne quis excommunicatus, interdictus, vel gravioribus facinoribus alligatus, aut christianae fidei rudimentis non edoctus ingerat se ad percipiendum hoc sacramentum, vel ad tenendum confirmandum.*

4. *Monebit praecipue parochus patresfamilias, ut filios filiasque ac domesticos suos ipsimet doceant orationem dominicam, salutationem angelicam, symbolum fidei, mandata Dei et ecclesiae, et reliqua fidei rudimenta, eosque ad parochum prompte adducant, ab eo quoque, ejusque cooperatoribus doctrinae christianae praeceptionibus erudiendos, et diligenti instructione ad digne suscipiendum confirmationis sacramentum rite praeparandos.*

5. *Docebit eos, unum tantum patrinum in confirmatione sibi diligendum esse, et quidem ejusdem sexus, cujus est confirmandus, huncque patrinum, casu necessitatis excepto, alium esse debere ab eo, a quo e baptismo susceptus fuerat nunc confirmandus. Item nullus, qui non sit confirmatus, potest esse in confirmatione patrinus, nec pater aut mater, maritus aut uxor.*

6. *Persuadebit eisdem, ut, quamvis non semper certam aetatem, et annos, quos vocant discretionis, in pueris expectare debeant ad hujus sacramenti susceptionem, nemo tamen ante septennium, nisi ob speciales rationes, ad sacrum hoc dominicum sigillum sistatur.*



7. *Notificabit eisdem, neminem ad hoc sacramentum admissum iri, nisi a proprio parochio praesentetur, vel saltem de sufficienti instructione, debita dispositione, ac completo septennio schedam sive testimonium a parochio subscriptum, et personae confirmandae nomen exprimens, adferat.*

8. *Admonebit patrilinos de effectibus et obligationibus, quas hujus muneris vi contrahent juxta decreta sacrosancti Concilii Tridentini et ecclesiae canones, eisque indicabit, quod nullus praesentet episcopo, nisi unum aut duos confirmandos; non plures, nisi aliter necessitas suadeat, arbitrio episcopi.*

9. *Praemoneantur etiam confirmandi a parochio, ut primae manuum impositioni intersint, et confirmati a templo non discedant, nisi benedictione accepta, quam episcopus post omnium confirmationem dabit. Confirmandi deberent esse jejuni. Adulti deberent prius peccata confiteri, et postea confirmari; vel saltem de mortalibus, si in ea incidissent, conterantur.*

10. *Unusquisque confirmandus portet lineam vittam mundam, cum qua ejus frons, postquam fuerit confirmatus, circumcingi queat, ne recens unctio defluat, aut deleatur.*

11. *Patrilini cum devotione, reverentia et attentione sine rumore ac strepitu accedant ante episcopum confirmare volentem, teneantque infantes in brachiis dexteris, vel manum dexteram absque chirotheca super humerum dexterum confirmandi ponant; adulti vero, seu alii majores ponant pedem suum super pedem dexterum patrilini sui.*

12. *Confirmandi cum patrilinis sic per ordinem ante episcopum dispositi junctis manibus, et oculis modeste compositis, suo in loco consistent, et quieta mente episcopum expectent, cui, dum accesserit, patrilini nomina illorum, quos praesentant, tempestive indicent, schedam supradictam exhibentes.*

13. *Accepto confirmationis sacramento, frons confirmati per patrilinum lineam vittam mundam ligetur, et confirmatus ducatur ad sacerdotem stantem vel sedentem penes pelvim aqua plenam, a quo lineam vittam deponatur, et in aquam mittatur; frons confirmati vero lavetur, et aqua lotionis effundatur in sacrarium.*

14. *Parochus (saltem ruri) teneat librum particularem, in quo singulis annis nomina confirmatorum annotet.*



## Ordo ad recipiendum episcopum in canonica visitatione.

1. *Adventus episcopi parochiam aliquam visitaturi, et sacramentum confirmationis administraturi, pulsu campanarum significabitur, clerusque loci illius processionaliter ei obviam procedet, nisi episcopus ordinaverit, ut illum penes ecclesiam, vel aedes parochiales expectet.*

2. *Episcopus accedit ad ecclesiam, praecedente scholari juventute, et comitante clero, eique venienti decanus, aut illo absente, parochus loci, superpelliceo indutus, offert crucem osculandam, quam episcopus genuflexus devote osculatur.*

3. *Cum episcopus intrat portam ecclesiae, decanus aut parochus loci episcopo offert aspersorium cum aqua benedicta, quo primo se ipsum, dein reliquum clerum, et fideles aspergit.*

4. *Tum idem sacerdos offert ei naviculam, alio sacerdote superpelliceo induto thuribulum porrigente; episcopus imponit incensum, et statim decanus aut loci parochus incensat episcopum, cooperto capite, more consueto.*


5. *Deinde procedunt ad altare majus ecclesiae, et ibi super faldistorio, ante infimum gradum altaris parato, procumbit, oratque episcopus. Interim cantatur a choro vel clero responsorium sequens:*

R. Ecce sa cer dos mag nus, qui in di e bus su is

pla cu it De o: \* Id e o ju re-

ju ran do fe cit il lum Do mi nus





crescere in plebem suam. *Ÿ*. Be-

ne dicitio nem omnium gentium dedit

illi, et testamentum suum confirmavit su-

per caput eius. *Ÿ*. Id eo. *Ÿ*. Glo ri-

a Patri, et Filio, et Spi ri-

tu i Sancto. *Ÿ*. Id eo.

*6. Dein decanus aut loci parochus, stans in cornu epistolae altaris, versus ad orantem, detecto capite cantat :*

*Ÿ. Protector noster aspice Deus.*

*Œ. Et respice in faciem Christi tui.*



℣. Salvum fac servum tuum.

℞. Deus meus sperantem in te.

℣. Mitte ei, Domine, auxilium de Sancto.

℞. Et de Sion tuere eum.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo.

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Deus humilium visitator, qui eos paterna dilectione consolaris: praetende societati nostrae gratiam tuam; ut per eos, in quibus habitas, tuum in nobis sentiamus adventum. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

*7. His dictis decanus aut loci parochus cantat aliquam antiphonam ei magis placentem de sancto patrono ecclesiae cum versiculo de eodem sancto, et cum dicitur versiculus, surgens episcopus ascendit ad altare, illudque osculatur in medio, deinde procedit ad cornu epistolae, ubi stans, ad ipsum altare versus, cantat orationem de dicto sancto; qua finita ad medium altaris revertitur, ut inde populo solemniter benedicat. Quare accepta mitra formans pollice dexteræ manus sibi signum crucis in pectore cantat:*

℣. Sit nomen Domini benedictum. *Clero vel choro respondente:*

℞. Ex hoc, nunc, et usque in saeculum.

*Deinde manu dextera signans se signo crucis a fronte ad pectus, et a sinistro humero in dexterum, cantat:*

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

*Respondente clero vel choro:* ℞. Qui fecit coelum et terram.

*Tum elevans ad coelum simul oculos et manus, hasque ante faciem iterum jungens cantat: Benedicat vos omnipotens Deus: et accipiens manu sinistra baculum, vertensque se ad populum, dextera producit signum crucis super eum, primo ad latus epistolae, secundo in medio ecclesiae, tertio ad latus evangelii, simul dicens: Pa † ter, et Fi † lius, et Spiritus † Sanctus. Resp. Amen.*

*8. Postea episcopus prosequitur officium suum, ut in pontificali*



romano; peractis autem omnibus, quae in ecclesia peragenda erant, et administrato confirmationis sacramento, se confert ad aedes parochiales, ibique de reliquis inquirat.

9. Immodica et diuturna convivia, hac occasione nonnunquam fieri solita, episcopus non expetit, imo plane interdicat, quia parochis inutiles creare solent sumptus, et nimium temporis absumunt, gravioribus visitationis negotiis impendendi.

10. Peracta demum visitatione illius loci, et omnibus expeditis, cum discedere voluerit episcopus, in suo habitu communi accedit ad ecclesiam, et peractis ibi precibus praescriptis, sub pulsu campanarum prosequitur iter; decanus autem per omnes sui decanalis districtus parochias eundem comitatur, nisi aliter ab episcopo statutum fuerit.

## Ordo ministrandi Sacramentum Poenitentiae.

1. Sacerdos habens potestatem absolvendi vel ordinariam, vel delegatam, hujus sacramenti doctrinam omnem, et alia ad ejus rectam administrationem necessaria recte nosse studeat ex probatis auctoribus, praesertim e catechismo romano, et prudenti consilio peritorum; ad audiendam vero confessionem vocatus, promptum, facilemque se praebeat: ac priusquam ad audiendum accedat, si tempus suppetat, ad hoc ministerium recte, sancteque obeundum, divinum auxilium piis precibus implorabit.

2. In ecclesia, non autem in privatis aedibus, confessiones audiat, nisi ex causa rationabili, quae cum inciderit, studeat tamen id decenti ac patenti loco praestare; confessiones autem foeminarum, nunquam domi in cubiculo, neque etiam in sacristia, vel in ecclesia extra sedem confessionalem, vel in confessionali e conspectu anteriori confessarii, sed a latere poenitentis, et nonnisi crate interposita excipiat, nisi quis ob graves rationes, Ordinario exponendas, speciali gaudeat ab hac lege exceptione.

3. Habeat in ecclesia sedem confessionalem, in qua indutus superpelliceo et stola violacei coloris cum biretto sacras confessiones excipiat, quae sedes patenti, conspicuo et apto ecclesiae loco posita, crate perforata inter poenitentem et sacerdotem sit instructa.



**4. *Poenitens flexis genibus signo crucis se muniat, et confestim benedictionem a confessario hoc modo petat:***

**Benedicite reverende pater &c.**

Ich bitte Eure Hochwürden um den heiligen Segen, damit ich meine Sünden recht und vollständig beichten möge. | Prósim, duhóvni Ozhe! sa sveti shegen, de se svojih gréhov prav in zhisto spovém.

**5. *Quam ubi confessarius eidem hoc modo impertivit:***

**Dominus sit in corde tuo, et in labiis tuis, ut digne et competenter confitearis peccata tua, in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.**

**6. *Poenitens confessionem generalem latina vel vulgari lingua dicat, scilicet:***

**Confiteor Deo &c.**

Ich armer sündiger Mensch beichte und | Jest ubógi greschnik se spovém  
bekenne Gott dem Allmächtigen u. s. w. | Bogú vsigamogózhnimu i. t. d.

***Vel saltem utatur his verbis:*** Confiteor Deo omnipotenti, et tibi pater. ***Peccata sua exinde confiteatur, adjuvante, quotiescunque opus fuerit, sacerdote.***

**7. *Confessione patienter et attente audita, sacerdos perpendens peccatorum, quae ille admisit, magnitudinem et multitudinem, pro eorum gravitate ac poenitentis conditione, opportunas correptiones ac monitiones, prout opus esse viderit, paterna charitate adhibebit, eumque ad dolorem et contritionem efficacibus verbis adducere conabitur; atque ad vitam emendandam, ac melius instituendam inducet, remediaque peccatorum tradet.***

**8. *Postremo salutarem ac convenientem satisfactionem, quantum spiritus et prudentia suggesserit, injungat, habita ratione status, conditionis, sexus et aetatis, et item dispositionis poenitentium; et si poenitentem rite dispositum, nec aliqua censura, vel casu reservato innotatum repererit, eum absolvat. Si autem poenitens aliqua censura, vel casu Sedi Apostolicae, aut Ordinario suo reservato sit ligatus, a quo sacerdos non possit absolvere, non absolvat, nisi prius obtenta facultate a superiore.***

### **Absolutionis Forma.**

**9. *Cum igitur poenitentem absolvere voluerit, injuncta ei prius, et ab eo acceptata salutare poenitentia, primo dicit:***



Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducatur te ad vitam aeternam. Amen.

*10. Deinde dextera versus poenitentem elevata, dicit:*

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, et interdicti, in quantum possum, et tu indiges. Deinde, ego te absolvo a peccatis tuis, in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. *Si poenitens sit laicus, omittitur verbum:* suspensionis.

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita beatae Mariae Virginis, et omnium sanctorum, quidquid boni feceris, et mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiae, et praemium vitae aeternae. Amen.

*11. In confessionibus autem frequentioribus et brevioribus omitti potest:* Misereatur &c.; *et satis erit dicere:* Dominus noster Jesus Christus &c., *ut supra, usque ad illud:* Passio Domini nostri &c.

*12. Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis, breviter dicere poterit:* Ego te absolvo ab omnibus censuris et peccatis, in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. *Cessat enim in periculo mortis omnis reservatio; sed poenitens prius, si potest, cui debet, satisfaciat.*

*13. Si vero periculum evaserit, et aliqua ratione superiori, a quo alias esset absolvendus, se sistere teneatur, cum primum poterit, coram eo se sistat, quidquid debet, praestiturus.*

*14. Item, si periculum mortis immineat, approbatusque desit confessarius, quilibet sacerdos potest a quibuscunque censuris et peccatis absolvere.*

*15. Quodsi inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox et loquela aegrum deficiant, nutibus et signis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata poenitentis cognoscere, quibus utcunque, vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam, si confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.*



## De modo absolvendi a suspensione, vel ab interdicto extra vel intra sacramentalem confessionem; et dispensandi super irregularitate.

1. *Si sacerdoti sit commissa facultas absolvendi aliquem a suspensione vel interdicto, quamvis nulla verba sint praecipue determinata, uti poterit hac formula:*

*Poenitens dicat:* Confiteor Deo &c.

*Sacerdos:* Misereatur tui &c. Indulgentiam &c.

Auctoritate mihi ab N. tradita, ego absolvo te a vinculo suspensionis (*vel* interdicti), quam (*vel* quod) propter tale factum (*vel* talem causam) incurristi (*seu* incurrisse declaratus es), in nomine Patris †; et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

2. *Si vero confessario, sive in foro conscientiae, sive extra, data est potestas dispensandi super irregularitate, tunc postquam absolverit a peccatis, addat consequenter:*

Et eadem auctoritate dispenso tecum super irregularitate (*vel* irregularitatibus, *si sint plures*), in quam (*vel* in quas) ob talem causam (*vel* ob tales causas, *eas exprimendo*) incurristi, et habilem te reddo, et restituo te executioni ordinum et officiorum tuorum, in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

3. *Si nullum habet ordinem, dicatur:* Habilem reddo te ad omnes ordines suscipiendos, *vel etiam ad alia, juxta tenorem mandati.*

4. *Quod si necesse sit, titulum beneficii restituere, et fructus male perceptos condonare, subjungat:* et restituo tibi titulum (*seu* titulos) beneficii (*seu* beneficiorum), et condono tibi fructus male perceptos. In nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

5. *Advertat autem sacerdos, ne ullo modo in iis facultatis suae terminos excedat.*

## Ordo excipiendi professionem fidei ab iis, qui ab haeresi aut schismate convertuntur.

1. *Haeretici et schismatici ad ecclesiam sanctam, catholicam et apostolicam redeuntes tenentur (praevia tamen in fide catholica sufficienti instructione) publice haeresim vel schisma abjurare, et hoc rectis-*



*sime fit emittendo fidei catholicae professionem, a sacrosancta Synodo Tridentina juxta exemplar Pii IV. Rom. Pontif. editam.*

**2.** *Hujusmodi abjuratio, et reconciliatio extra ss. missae sacrificium est peragenda, et nisi aliqua causa aliter suadeat, prope fores ecclesiae.*

**3.** *Sacerdos igitur schismaticum vel haereticum, qui ad sinum unius sanctae et catholicae ecclesiae redire corde et animo sincero cupit, reconciliare volens, habensque facultatem a schismate vel ab haeresi absol- vendi ab episcopo sibi concessam, pluviali, vel saltem superpelliceo indutus et stola violacei coloris, coram imagine crucifixi, posita inter duos cereos accensos in mensa linteo mundo cooperta, divinum auxilium super recon- ciliandum ante se geneflexum implorabit, dicens:*

*℣.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *℟.* Qui fecit coelum et terram.

*℣.* Domine, exaudi orationem meam. *℟.* Et clamor meus ad te veniat.

*℣.* Dominus vobiscum. *℟.* Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Domine Jesu Christe, qui ovem in montibus aberrantem tuis humeris sublevatam ad ovile unum, quod instituisti, atque ad usque saeculi hujus finem, veluti firmum salutis obtinendae navigium custodire promisisti, mise- ricorditer portare dignatus es, concede propitius: ut haec anima, quam mira suavisque tua providentia ad veritatis agnitionem, dispulsis multimodis errorum tenebris, direxit, in fide vera firmetur, ac regni tui coelestis par- ticeps reddatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum. *℟.* Amen.

**4.** *Postea sacerdos vertens se ad reconciliandum, sedensque super sellam sibi paratam capite operto, eum alloquitur blandis verbis, et prae- sentibus duobus testibus eum interrogat de fide, dicens:*

**Sacerdos:** Mein Sohn (Meine Toch- ter) in Christus dem Herrn! Ist es Ihr (euer) (dein) freyer und ernster Wille, in die ursprüngliche erste, und in allen Zeit- läufen stets Eine und dieselbe gebliebene, von Christus eingesetzte, und wie seine Braut beschützte, katholische Kirche ein- zutreten? Ist dieß Ihr (euer) (dein) from- mer Wille, so sprechen Sie (sprechet) (sprich): Ja. **Resp.** Ja.

**Sacerdos:** Sin moj (Hzhi moja) v' Kristufu Gospódu! Ali je vašha (tvoja) prôsta in reŭnizhna volja, v' katolŭhko zérkev štopiti, ktéra je isvírna, per- va, in je ob vših zhaših vedno ena in ravno tista ostála, ktéra je od Kri- stufa postavljena, in kakor njegova nevésta obvárovana? Ako je to va- sha (tvoja) poboshna volja, rezíte (rezi): Je. **Resp.** Je.



**Sac.** Sind Sie (Seyd ihr) (Bist du) von den Wahrheiten des katholischen Glaubens vollkommen überzeugt? **Resp.** Ja.

**Sac.** Sind Sie (Seyd ihr) (Bist du) auch bereit, den Glauben, den Sie (ihr) (du) jetzt öffentlich vor Gott und den Menschen bekennen (bekennet) (bekennest), in Ihrem (euerm) (deinem) Herzen zu bewahren, und in Ihrem (euerm) (deinem) Wandel auszuüben bis in den Tod?

**Resp.** Ja.

**Sac.** Widersagen Sie (Widersaget ihr) (Widersagst du) der Irrlehre, welcher Sie (ihr) (du) bisher zugethan gewesen, und allen von der römisch katholischen Kirche verdammt und verworfenen Irrthümern und Ketzereyen? **Resp.** Ich widersage.

**Sac.** So legen Sie (leget) (lege) nun vor mir, eigentlich im Angesichte Gottes und seiner Kirche, das ausdrückliche und erklärte apostolische Glaubensbekenntniß ab, im Nahmen Gottes des Vaters, des † Sohnes, und des heiligen Geistes. Amen.

**Sac.** Ali ste vi (si ti) od resnize katolſhke vére popolnima preprizhani (preprizhan) (preprizhana)? **Resp.** Šim.

**Sac.** Ali ste vi (si ti) tudi perpravljani (perpravljen) (perpravljena), vero, ktero sdaj ozhitno pred Bogom in ljudmi sposnate (sposnalh), v' svojim serzu ohraniti, in v' svojim shivljenji spolnovati do smerti? **Resp.** Šim.

**Sac.** Ali se odpovéste (odpovéšh) krivovérstvu, ktériga ste se dosihmal dershali, (si se dosihmal dershal) (dershala), in všim od rimſke katolſhke zérkve obsojenim in savérshenim smótam in krivim naukam? **Resp.** Še odpovém.

**Sac.** Tedaj molíte in sposnajte (móli in sposnaj) vprizho mene, prav sa prav pred oblizhjem Bogá in njegove zerkve, raslozhno in islosheno apostolſko véro, v' imenu Bogá Ozhéta, Šina †, in svetiga Duha. Amen.

**5. His dictis reconciliandus sequentem fidei professionem emittat, aut eam legendo, aut saltem ad singula sacerdotis interrogata respondendo:**

Ich **N.** glaube fest, und bekenne alles und jedes, so in dem Glaubensbekenntnisse, das die heilige römische Kirche gebraucht, enthalten ist; nämlich:

Ich glaube an Einen Gott, den allmächtigen Vater, Schöpfer Himmels und der Erde, aller sichtbaren und un-

Jeſt **I.** terdno vérujem in sposnam vse in sléherno, kar je sapopadeno v' verilu, ki ga sveta Rimſka zerkev ima, in uzhí; namrezh:

Vérujem v' eniga samiga Bogá, Ozhéta vſigamogózhniga, stvarnika nebél in semlje, vših vidnih in ne-



sichtbaren Dinge; und an Einen Herrn Jesus Christus, den eingebornen Sohn Gottes, der aus dem Vater von Ewigkeit geboren, Gott von Gott, Licht vom Lichte, wahrer Gott vom wahren Gott; gezeugt und nicht gemacht, und einerley Wesen mit dem Vater ist, durch den alle Dinge gemacht worden sind. Der wegen uns Menschen, und um unseres Heiles willen vom Himmel herabgestiegen ist, durch den heiligen Geist aus Maria der Jungfrau Fleisch an sich genommen hat, und Mensch geworden ist. Der auch für uns unter Pontius Pilatus gekreuziget worden, gelitten hat, und begraben worden ist. Der am dritten Tage laut der heiligen Schrift auferstanden, und in den Himmel aufgefahen ist, wo er sitzt zur Rechten des Vaters, und wieder kommen wird, mit Herrlichkeit zu richten die Lebendigen und die Todten, dessen Reichs kein Ende seyn wird.

Ich glaube auch an den heiligen, herrschenden, und lebendig machenden Geist, der vom Vater und Sohne ausgehet, der mit dem Vater und Sohne zugleich angebethet und verherrlicht wird, der durch die Propheten geredet hat.

Ich glaube auch eine einige, heilige, katholische und apostolische Kirche. Ich bekenne eine Taufe zur Vergebung der Sünden, und erwarte die Auferstehung der Todten, und ein Leben der zukünftigen Zeit. Amen.

Die apostolischen und kirchlichen Ueberlieferungen, und die übrigen Gebräuche

vidnih rezhi. In v' eniga Gospóda Jesufa Kristusa, Šinú boshjiga edinorojeniga; ktéri je rojen is Ozhéta od vekomej, in je Bog is Bogá, luzh is luzhi, pravi Bog is praviga Bogá; ktéri je rojen in ne ustvarjen; ktéri je s' Ozhétam vred eniga bittva; po ktérim so ustvarjene vse rezhi. Ktéri je savolj naš zhlovekov, in savolj našhiga svelizhanja prišhel is nebés, in je po svetim Duhu is Marije Devize mesó naše vsel, in je zhlovek postal. Ktéri je bil tudi krishan sa naš pod Ponzi-jem Pilatam, je terpel, in je bil v' grob poloshen. In je tretji dan vstal po svétim písmu; in je góri shel v' nebésa, in sedi na desnizi Ozhéta; in bo spet prišhel s' zhaštjo sodit shive in mertve; in njegoviga kraljéstva ne bo konez.

Vérujem tudi v' svetiga Duhá, Gospóda in oshivljavza, ktéri is Ozhéta in Šina is-haja; ktériga tudi, kakor Ozhéta in Šina, mólimo in zhaštimo, ktéri je po prerokih govóril.

Vérujem tudi v' eno, sveto, katolíhko in apostolíhko zerkev. Šposnám eni kerst k' odpúshenju gréhov, in zhakam vstajenja mertvih, in prihódnjiga shivljenja. Amen.

Apostolíhke in zerkvéne isrozhila, in druge shege in ukasíla ravno



und Anordnungen derselben Kirche nehme ich auf das festeste an, und halte sie.

Eben so nehme ich die heilige Schrift nach jenem Sinne an, den die heilige Mutter, die Kirche gehalten hat, und hält, welcher es zustehet, über den wahren Sinn und die Auslegung der heiligen Schrift zu urtheilen; ich werde sie auch nie anders, als nach der übereinstimmenden Lehre der heiligen Väter annehmen und erklären.

Ich bekenne auch, daß es wahrhaftig und eigentlich sieben Sakramente des neuen Gesetzes gibt, welche von Jesus Christus unserm Herrn eingesetzt, und zum Heile des menschlichen Geschlechtes, obwohl nicht alle einem jeden Menschen, nothwendig sind, nämlich: die Taufe, die Firmung, das Sakrament des Altars, die Buße, die letzte Delung, die Priesterweihe, und die Ehe; und daß sie die Gnade verleihen, und daß aus ihnen die Taufe, Firmung und Priesterweihe ohne Gottesraub nicht wiederholt werden können.

Auch die angenommenen und gutgeheißenen Gebräuche der katholischen Kirche bey der feyerlichen Verwaltung aller obgenannten Sakramente nehme ich an, und heiße sie gut.

Alles und jedes, was von der Erbünde, und von der Rechtfertigung des Sünders in der hochheiligen Tridentinischen Synode bestimmt und erklärt worden ist, nehme ich an, und glaube es.

Gleichfalls bekenne ich, daß in der

tiste zérkve prav resnizhno poterdim in sprejmem.

Ravno takó poterdim sveto písmo po tílim poménu, ki ga je terdila in ga terdi sveta mati zérkev, ktéri gre pravi pomén in raslaganje svetih písem raslojeváti; tudi ne bom svetiga písmo nikoli drugazhi, kakor po enoglasnim úku zerkvénih ozhákov jemál in raslágál.

Šposnám tudi, de je resnizhno, in prav sa prav sedem sakramentov nove postave, ktéri so od Jesusa Kristusa Gospóda nashiga postavljeni, in k' svelizhanju zhloveshkiga rodú, desiravno ne vsi slednjimu zhlovéku, potrebni, namrezh: Kerst, birma, reshnje teló, pokóra, poslédnje ólje, maslnikovo posvezhevanje in sakon; in de sakramenti gnado delé, in de se smed njih kerst, birma, in maslnikovo posvezhevanje vezh ko enkrat bres boshjiga rópa prejéti ne morejo.

Tudi shege, ktére so per ozhitnim delenji vsih imenovanih sakramentov od katolíhke zérkve sprejéte in poterjene, sprejmem in poterdim.

Vse in sléherno, kar je bilo od isvirniga gréha in opravizhenja gréhnika v' visoko svetim Tridentinskim sbóru odlozheno in odkasano, sprejmem in poterdim.

Po enako šposnám, de se per



heiligen Messe Gott ein wahres, eigentliches und versöhnendes Opfer für die Lebendigen und Verstorbenen dargebracht wird, und daß in dem allerheiligsten Altars-Sakramente wahrhaft, wirklich und wesentlich sey der Leib und das Blut, zugleich mit der Seele und Gottheit unseres Herrn Jesus Christus, und daß eine Verwandlung der ganzen Wesenheit des Brotes in den Leib, und der ganzen Wesenheit des Weines in das Blut geschehe, welche Verwandlung die katholische Kirche die Transsubstantiation, das ist, die gänzliche Verwandlung einer Wesenheit in die andere nennt.

Ich bekenne ebenfalls, daß unter jeder Gestalt allein der ganze und unzerteilte Christus und das wahre Sakrament genossen werde.

Beharrlich glaube ich, daß ein Fegfeuer ist, und daß den darin befindlichen Seelen durch die Fürbitte der Gläubigen geholfen werde; daß auch die Heiligen, welche mit Christus regieren, zu verehren und anzurufen sind, daß sie Bitten für uns Gott darbringen, und daß ihre Reliquien in Ehren gehalten werden sollen.

Unerschütterlich behaupte ich, daß man die Bildnisse Christi, und der jungfräulichen Gottesgebährerin, so wie auch anderer Heiligen haben und behalten, und ihnen die schuldige Ehrerbietung erweisen soll.

Auch bekräftige ich, daß Christus in der Kirche die Macht Ablässe zu erteilen, zurückgelassen hat, und daß der

sveti mašhi prava in spravna daritev sa shive in mertve opravlja; in de je v' presvétim sakramentu réshnjiga teléa pravo, resnizhno in bitstno teló in kri s' dušho in boshjo natoro Gospóda nashiga Jesusa Kristusa, in de se vse bitstvo kruha spremení v' teló, in vse bitstvo vina v' kri, ktéro spremembo katolíhka zérkev prebitstvenje imenúje.

Tudi sposnám, de se pod vsako podóbo posebej ves in zéli Kristus, in pravi sakrament prejme.

Stanovitno vérujem, de so vize, in de dušhe, ki so ondi perdersheváne, po prošnjah vérníkov pomózh dobívajo; ravno takó tudi, de nam gre svetnike, ki s' Kristusam vred kraljujejo, zhasiti, in na pomozh klizati, in de oni per Bogu sa naf molitve opravljajo, in de nam gre njih svetinje zhasiti.

Prav resnizhno terdim, de nam gre podobe Kristusa, in boshje porodnize, vselej devize, kakor tudi drugih svetnikov iméti in obdershati, in jim spodóбно zhasi in sposhtovanje skasovati.

Poterdim tudi, de je Kristus v' zerkvi oblasi sapustil odpustike deliti, in de je kristjanskimu ljudstvu prav



Gebrauch derselben dem christlichen Volke überaus heilsam ist.

Die heilige katholische und apostolische römische Kirche erkenne ich als die Mutter und Lehrerin aller andern Kirchen: auch gelobe und schwöre ich dem römischen Papste, als dem Nachfolger des heiligen Apostelfürsten Petrus, und als dem Statthalter Jesu Christi, wahren Gehorsam.

Auf gleiche Weise nehme ich ungezweifelt an, und bekenne alles Uebrige, was von den heiligen Kirchengesetzen, und von den allgemeinen Kirchenversammlungen, und vorzüglich von der hochheiligen Tridentinischen Synode vorgetragen, entschieden und erklärt worden ist, und zugleich verdamme, verwerfe, und verbanne ich alle Irrthümer und Ketereyen, die von der Kirche verdammt, verworfen und verbannt sind.

Diesen wahren katholischen Glauben, außer welchem Niemand selig werden kann, den ich gegenwärtig freywillig bekenne, und wahrhaftig halte, ebendenselben will ich auch rein und unverleßt bis zum letzten Hauche meines Lebens auf das standhafteste mit Gottes Hülfe halten und bekennen, und so viel ich kann, Sorge tragen, daß er von meinen Untergebenen, oder von denjenigen, deren Obforge mir in meinem Amte obliegen wird, gehalten, gelehrt und verkündet werde.

Dieses alles verspreche, gelobe, und schwöre ich,

koristno, delene odpuštike sadobivati.

Šveto katoliško in apostolsko Rimsko zrkvev sposnam sa mater in uzhenizo vsih zerkvá; in Rimskimu papeshu, nasledniku svetiga Petra, perviga med apostelni, in namestniku Jesusa Kristusa, oblubim in perseshem pravo pokorshino.

Po enako nedvomlivo poterdim in sposnam vse drugo, kar je bilo v' svetih zerkvenih postavah, in v' vesoljnih sbórih, in posebno v' visoko svetim Tridentinskim sbóru uzheno, odlozheno, in odkasano; in ob enim tudi preklizhem, savershem in prekolnem vse smóte, in vse krivovertva, ki jih je zrkvev preklizala, savergla, in preklela.

To pravo katoliško véro, bres ktére nihzhe ne more svelizhan biti, ktéro sdaj prostovoljno sposnam, in resnizhno terdim, ravno to véro hozhem s' boshjo pomozhjo zélo in zhisto do sadnjiga sdihljeja svojiga shivljenja prav stanovitno terditi in sposnovati, in po svoji mózhi skerbeti, de jo bodo moji podloshni, ali tisti, ki bo nad njimi zhuti mene sadevalo, terdili, uzhili, in osnannoti.

Vse to oblubim, saterdim in perseshem,



*Mox ambas manus extensas, digitis non disjunctis, ponit super librum evangeliorum, quem sacerdos ante se apertum tenet, dicens:*

so wahr mir Gott helfe, und diese heiligen Evangelien.

kakor ref naj mi Bog pomága, in ti svetli evangelii.

„Im Anfange war das Wort, und das Wort war bey Gott, und Gott war das Wort.“

„V' sazhetku je bila Beséda, in Beséda je bila per Bogu, in Bog je bila Beséda.“

*6. Post recitalam clara voce professionem fidei, sacerdos pro facultate sibi commissa haereticum vel schismaticum absolvat ab excommunicationis vinculo in foro exteriori, dicens:*

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius et sanctissimi nostri Papae (*vel* reverendissimi Episcopi) N. mihi commissa, absolvo te a vinculo excommunicationis, in quam incurristi (*vel* incurrisse declaratus es) propter haeresim (*vel* schisma, *vel* tale factum), et restituo te communioni et unitati fidelium, et sanctis sacramentis ecclesiae, in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti.

*7. Postquam sacerdos monuerit poenitentem, absolutionem acceptam non se extendere ad peccata, sed solum ad excommunicationem, qua fuit ab ecclesia segregatus ob haeresim, schisma, vel tale factum, sequentia vel similia proferat:*

Der von Gott gegebene Glaube ist allein der wahre, ist eine Gabe Gottes; Christus der göttliche Heiland hat diesen Glauben, dieses sein Evangelium, seine Lehren, Weisungen, und Heilsanstalten dem Petrus und seinen Aposteln, und für die kommenden Zeiten ihren Nachfolgern durch eine ununterbrochene Reihe der Bischöfe anvertraut. Dieser Glaube bleibt allezeit das Unterpfand der Seligkeit. Lieber Bruder (liebe Schwester) in Christus dem Herrn! Gehen Sie (gehet) (gehe) nun ein in die Gemeinschaft der Heiligen im Himmel und auf Erden, mit dem rädlichen Entschlusse,

Od Bogá dana véra je edina prava véra, je dar boshji; Kristuf, boshji Svelizhar, je to véro, ta svoj evangeli, svoje nauke, sapóvedi in svelizhanfke naprave Petru in svojim apostelnam, in sa prihodnje zhase njih naslednjikam, po nepretergani versti shkofov isrózhil. Ta véra ostane ven in ven sastava svelizhanja. Ljubi brat (ljuba sestra) v' Kristusu Gospódu! stopite (stópi) tedaj v' svéso svetnikov v' nebesih in na semlji, s' poshtenim sklepam, kakor kristijan shiveti in umreti. V' iménu Bogá Ozhéta, Šinú † in svetiga Duhá.



als Christ zu leben und zu sterben. Im  
Nahmen Gott des Vaters, des Soh-  
nes †, und des heiligen Geistes. Der  
Friede sey und bleibe bey uns allezeit.  
Amen.

Mir Gospódov bodi in oštani s' nami  
vselej. Amen.

8. *Sequitur confessio sacramentalis, pro opportunitate et dispositione poenitentis, necessario ante communionem sacram.*

9. *Sacerdos actum abjuractionis in libro parochiali ad futuram rei memoriam adnotet, postquam illum subscripserint recens conversus (qui si scribere nescit, fiat de ejus imperitia scribendi mentio), et testes, et ipse sacerdos.*

10. *In foro autem interiori confessarius habens facultatem absol- vendi excommunicatum, absolvat juxta formam communem supra prae- scriptam in absolutione sacramentali, pag. 52. Nro. 9. & 10.*

11. *Ut clerus dioeceseos ad manus habeat etiam formulam lati- nam professionis fidei catholicae, a Pio IV. Pontifice maximo editam, hanc quoque hic adjungere visum est.*

### Formula professionis fidei catholicae.

Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae con-  
tinentur in symbolo fidei, quo sancta romana ecclesia utitur; videlicet:  
Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae,  
visibilium omnium, et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Chri-  
stum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula,  
Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum  
non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui  
propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis,  
et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus  
est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus  
est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas: et ascendit in coe-  
lum, sedet ad dexteram Patris: et iterum venturus est cum gloria judi-  
care vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanc-  
tum, Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum  
Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur, qui locutus est per  
prophetas. Et unam, sanctam, catholicam, et apostolicam ecclesiam.  
Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum: et exspecto resur-  
rectionem mortuorum, et vitam venturi saeculi. Amen.



Apostolicas, et ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector. Item sacram scripturam juxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione sacrarum scripturarum, admitto: nec eam unquam nisi juxta unanimem consensum patrum accipiam et interpretabor. Profiteor quoque, septem esse vere ac proprie sacramenta novae legis, a Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, et Matrimonium; illaque conferre gratiam, et ex his Baptismum, Confirmationem, et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque, et approbatos ecclesiae catholicae ritus in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione recipio et admitto. Omnia et singula, quae de peccato originali, et de justificatione in sacrosancta Synodo Tridentina definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. Profiteor pariter, in missa offerri Deo verum et propitiatorium sacrificium pro vivis et defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiae sacramento esse vere, realiter et substantialiter corpus et sanguinem, una cum anima et divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiae panis in corpus, et totius substantiae vini in sanguinem, quam conversionem catholica ecclesia transsubstantiationem appellat. Fateor etiam, sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque sacramentum sumi. Constanter teneo, purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari. Similiter et sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero, imagines Christi, ac Deiparae semper virginis, nec non aliorum sanctorum habendas et retinendas esse, ac eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in ecclesia relictam fuisse, illarumque usum christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam, catholicam, et apostolicam romanam ecclesiam, omnium ecclesiarum matrem et magistram agnosco: romanoque Pontifici, beati Petri apostolorum principis successori, ac Jesu Christi vicario, veram obedientiam spondeo ac juro. Caetera item omnia a sacris canonibus, et oecumenicis conciliis, ac praecipue a sacrosancta Synodo Tridentina tradita, definita, et declarata, indubitanter



recipio atque profiteor, simulque contraria omnia, atque haereses quas-  
cunque ab ecclesia damnatas, et rejectas, et anathematizatas, ego pa-  
riter damno, rejicio, et anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra  
quam nemo salvus esse poterit, quam in praesenti sponte profiteor, et  
veraciter teneo, eandem integram et inviolatam usque ad extremum  
vitae spiritum constantissime (Deo adjuvante) retinere, et confiteri,  
atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo  
spectabit, teneri, doceri, et praedicari, quantum in me erit, curaturum,  
ego idem N. spondeo, voveo ac juro: Sic me Deus adjuvet, et haec  
sancta Dei evangelia.



## De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

*1. Omnibus quidem ecclesiae catholicae sacramentis religiose sanc-  
teque tractandis magna ac diligens cura adhibenda est; sed praecipue  
in administrando ac suscipiendo sanctissimae Eucharistiae sacramento,  
quo nihil dignius, nihil sanctius et admirabilius habet ecclesia Dei,  
cum in eo contineatur praecipuum et maximum Dei donum, et ipsemet  
omnis gratiae et sanctitatis fons auctorque, Christus Dominus.*

*2. Parochus igitur summum studium in eo ponat, ut cum ipse  
reverabile hoc sacramentum, qua decet reverentia, debitoque cultu trac-  
tet, custodiat et administret, tum etiam populus sibi commissus religiose  
colat, sancte frequenterque suscipiat, praesertim in majoribus anni  
solemnitatibus.*

*3. Ideo populum saepius admonebit, qua praeparatione, et quanta  
animi religione ac pietate, et humili etiam corporis habitu ad tam di-  
vinum sacramentum debeat accedere, ut praemissa sacramentali con-  
fessione, omnes saltem a media nocte jejuni, et utroque genu flexo  
sacramentum humiliter adorent, ac reverenter suscipiant, viri, quan-  
tum fieri potest, a mulieribus separati.*

*4. Moneantur praeterea communicantes, ut sumpto sacramento  
non statim ab ecclesia discedant, aut colloquantur, nec statim vagis  
oculis circumspiciant, aut exspuant, neque de libro statim orationes  
recitent, ne sacramenti species de ore decendant; sed qua par est devo-  
tione, aliquantisper in oratione permaneant, gratias agentes Deo de*



*tam singulari beneficio, atque etiam de sanctissima passione dominica, in cujus memoriam hoc mysterium celebratur, et sumitur.*

5. *Curare porro debet, ut perpetuo aliquot particulae consecratae eo numero, qui usui infirmorum, et aliorum fidelium communioni satis esse possit, conserventur in pyxide ex solida, decentique materia, eaque munda, et suo operculo bene clausa, albo velo cooperta, et quantum res feret, ornato in tabernaculo clave obserato.*

6. *Hoc autem tabernaculum conopaeo albi coloris decenter opertum, atque ab omni alia re vacuum in altari majori, vel in alio, quod venerationi, et cultui tanti sacramenti commodius aut decentius videatur, sit collocatum, ita ut nullum aliis sacris functionibus aut ecclesiasticis officiis impedimentum afferatur. Lampades coram eo plures, vel saltem una die noctuque perpetuo colluceat; curabitque parochus, ut omnia ad ipsius sacramenti cultum ordinata, integra, mundaque sint et conserventur.*

7. *Sanctissimae Eucharistiae particulas frequenter renovabit. Hostiae vero, seu particulae consecrandae sint recentes, et ubi eas consecraverit, veteres primo distribuat, vel sumat.*

## Ordo ministrandi sacram communionem.

1. *Sacerdos igitur sanctissimam Eucharistiam ministraturus, lotis prius manibus, et superpelliceo indutus, ac desuper stola coloris officio illius diei convenientis, praecedente clerico, seu alio ministro, procedit ad altare manibus junctis, et accensis cereis, facta prius et postea genuflexione, extrahit pyxidem, et illam super corporale depositam discooperit. Minister genibus flexis, nomine populi ad cornu epistolae facit confessionem generalem, dicens: Confiteor Deo &c.*

2. *Tum sacerdos iterum genuflectit, et manibus junctis ante pectus vertit se ad populum (advertens, ne terga vertat sacramento), et in cornu evangelii dicit:*

*Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducatur vos ad vitam aeternam. R. Amen.*

*Et addit:*

*Indulgentiam, absolutionem †, et remissionem peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus. R. Amen.*

*Dicens: Indulgentiam &c. manu dextera in formam crucis signat*



*communicandos, et advertere debet sacerdos, quod etiam, uno tantum communicaturo, dici debeat: vestri, non: tui.*

*3. Deinde ad altare se convertit, genuflectit, manu sinistra pyxidem prehendit, et duobus digitis, pollice et indice, sacramentum accipit et elevat, conversusque ad populum in medio altaris dicit clara voce:*

*Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; mox subdit:*

*Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea; quod iterum, ac tertio repetit; qua formula etiam utendum est, cum foeminae communio ministratur.*

Sieh! das Lamm Gottes, welches hinwegnimmt die Sünden der Welt.

Herr! ich bin nicht würdig, daß du eingehest unter mein Dach; sondern sprich nur ein Wort, so wird meine Seele gesund.

Glej Jagnje boshje, ktéro odjemlje gréhe svetá.

Gospód! nisim vredin, de greslh pod mojo strého; ampak rezi le s' besédo, in osdravljená bo moja dušha.

*4. Postea ad communicandum accedit, incipiens ab iis, qui sunt ad partem epistolae; sed primo, si sacerdotibus, vel aliis ex clero danda sit communio, iis ad gradus altaris genuflexis praebeatur, vel si commode fieri potest, intra sepimentum altaris sint a laicis distincti. Sacerdotes vero cum stola communicent.*

*5. Sacerdos unicuique porrigens sacramentum, et faciens cum eo signum crucis super pyxidem, simul dicit:*

*Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam aeternam. Amen.*

*6. Ubi verò omnes communicaverint, sacerdos reversus ad altare dicere poterit:*

*O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, et futurae gloriae nobis pignus datur.*

*℣. Panem de coelo praestitisti eis.*

*Minister: R. Omne delectamentum in se habentem.*

*Tempore paschali et infra octavam ss. Corporis Christi additur: Alleluja.*

*7. Mox sacerdos dicit:*



℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis &c.

#### *Tempore paschali dicitur oratio:*

Spiritum nobis, Domine, tuae caritatis infunde: ut quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordēs. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

8. *Antequam reponat sacramentum, diligenter advertat, ut si aliquod fragmentum digitis adhaeserit, illud in pyxidem deponat, et eosdem digitos, quibus tetigit sacramentum, abluat in vase aqua pleno, ad hoc parato supra mensam altaris cum suo purificatorio, quo abstergat digitos; ablutionem vero tempestive in sacrarium injiciat. Postea benedicat eis, qui communicarunt, faciens super eis cum pyxide sanctarum hostiarum signum crucis, nihil dicens.*

9. *Deinde genuflectens reponit sacramentum in tabernaculo, et clave obserat.*

10. *Quando sanctissimum sacramentum vel in hoc, vel in alio altari ecclesiae adorandum expositum est, sacerdos reposito absque benedictione ciborio in tabernaculo, tantum manu dextera extenta benedicit iis, qui communicarunt, dicens:*

Benedictio Dei omnipotentis, Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti, descendat super vos, et maneat semper. ℟. Amen.

11. *Communio autem populi intra missam statim post communionem sacerdotis celebrantis fieri debet (nisi quandoque ex rationabili causa post missam sit facienda), cum orationes, quae in missa post communionem dicuntur, non solum ad sacerdotem, sed etiam ad alios communicantes spectent.*

12. *Itaque sacerdos, sumpto sacratissimo sanguine, antequam se*



purificet, ponat particulas consecratas in pyxide, vel si pauci sint communicandi, super patenam, nisi in principio positae fuerint in pyxide, et genuflectit, ministro interim faciente confessionem generalem: Confiteor Deo omnipotenti &c. ut supra. Postea vertens se ad populum in cornu evangelii dicit: Misereatur vestri &c., et eo quo supra dictum est modo, porrigit communicandis Eucharistiam, incipiens a ministris altaris, si velint communicare. Finita communione revertitur ad altare nihil dicens, et non dat eis benedictionem. Deinde dicit secreto: Quod ore sumpsimus &c., ut in missali, se purificat, et missam absolvit.

13. Quod si contingat, absoluta missa, statim aliquos interdum communicare, tunc sacerdos adhuc planeta indutus, sacram communionem eo modo, quo supra dictum est, ministrabit. Ast in fine missae pro defunctis in paramentis nigris non ministretur Eucharistia; poterit tamen praebere communio intra missam post sumptionem sacratissimi sanguinis cum particulis in eadem missa consecratis. (S. R. C. 2. Sept. 1741.)

14. Sacerdos missam celebraturus transiens ante altare, ubi fit populi communio, semper utroque genu flectere debet, sed non debet permanere genuflectus, donec et quousque terminetur communio. (S. R. C. 5. Julii 1698.)

15. Fideles omnes ad sacram communionem admittendi sunt, exceptis iis, qui justa ratione prohibentur. Arcendi autem sunt publice indigni, quales sunt excommunicati, interdicti, manifesteque infames, ut meretrices, concubinarij, foeneratores, magi, sortilegi, blasphemi, et alij ejus generis publici peccatores; nisi de eorum poenitentia et emendatione constet, et publico scandalo prius satisfecerint.

16. Occultos vero peccatores, si occulte petant, et non eos emendatos agnoverit, repellat; non autem, si publice petant, et sine scandalo ipsos praeterire nequeat.

17. Amentibus praeterea, seu phreneticis communicare non licet; licebit tamen, si quando habeant lucida intervalla, et devotionem ostendant, dum in eo statu manent, si nullum indignitatis periculum adsit.

18. Iis etiam, qui propter aetatis imbecillitatem nondum hujus sacramenti cognitionem et gustum habent, administrari non debet.

19. Damnatis ad mortem, peracta confessione, debet dari Eucharistia, sed id fiat ante diem supplicij, et per modum viatici.



## De communione paschali.

1. Quotannis octiduo ante initium communionis paschalis promulget parochus, teneri parochianos ex praecepto ecclesiae ad Eucharistiam in propria parochia sumendam, praeter eos, quibus parochus ex peculiari ratione concesserit, ut dominicam coenam in alia parochia manducare licite possint.

2. Intra pascha et ascensionem Domini parochus praemonito populo diem aliquem dominicum determinet, quo juventus praevie rite instructa et examinata prima vice ad sacram mensam accedat, idque ut cum summo pietatis sensu et apparatu aliquo pro circumstantiis solemni peragatur, curet.

3. Hac ratione tenera aetas facilius advertet animum ad excellentiam cibi hujus coelestis, et qua corporis aequae ac animi comparatione reliquo vitae tempore mysterium hoc omnium sanctissimum adire oporteat, discet.

## De communione infirmorum.

1. Viaticum sacratissimi corporis Domini nostri Jesu Christi summo studio ac diligentia aegrotantibus opportuno tempore procurandum est, ne forte contingat, illos tanto bono, parochi incuria, privatos decedere. Cavendum autem imprimis est, ne ad publice indignos cum aliorum scandalo deferatur, quales sunt publici usurarii, concubinarij, notorie criminosi, nominatim excommunicati aut interdicti, nisi sese prius sacra confessione purgaverint, et publicae offensioni satisfecerint.

2. Hortetur parochus infirmum, ut sacram communionem sumat, etiamsi graviter non aegrotet, aut mortis periculum non immineat, maxime si festi alicujus celebritas id suadeat, neque ipse illam ministrare recusabit.

3. Deferri autem debet hoc sanctum sacramentum ab ecclesia ad privatas aegrotantium domos decenti habitu, superposito mundo velamine, manifeste, atque honorifice, ante pectus, cum omni reverentia et timore; semper lumine praecedente.

4. Parochus igitur processurus ad communicandum infirmum, aliquot campanae ictibus jubeat convocari parochianos, seu alios pios Christi fideles, qui sacram Eucharistiam cum cereis seu intorticiis comitentur, et umbellam seu baldachinum, ubi haberi potest, deferant.



5. *Praemoneat, ut aegri cubiculum mundetur, et in eo parentur mensa, linteo mundo cooperta, necnon duae candellae ardentes, inter quas sanctissimum sacramentum decenter deponatur. Ad manus etiam habeantur linteum mundum, ante pectus communicandi ponendum; aqua benedicta; vinum aut aqua pro ablutione; aqua, vas et mantile pro abluendis abstergendisque manibus sacerdotis, atque alia ad ornatum loci, pro cujusque facultate.*

6. *Ubi vero convenerint, qui Eucharistiam comitaturi sunt, sacerdos indutus superpelliceo et stola, et si haberi potest, pluviali albi coloris, acolythis, seu clericis, aut etiam presbyteris (si locus feret) superpelliceo pariter indutis comitatus, decenter et de more acceptas aliquot particulas consecratas, vel unam tantum (si longius aut difficilius iter sit faciendum), ponat in pyxide, seu parva custodia, quam proprio suo operculo cooperit, et velum sericum superimponit; ipse vero sacerdos, imposito sibi prius ab utroque humero oblongo velo decenti, utraque manu accipiat vas cum sacramento, et deinde umbellam, seu baldachinum subeat, nudo capite processurus, nisi simul longinquitas itineris, simul coeli inclementia extra civitatem vel oppidum excuset.*

7. *Praecedat semper acolythus, vel alius minister deferens laternam; (noctu autem hoc sacramentum deferri non debet, nisi necessitas urgeat): sequantur, si adsunt, duo clerici, vel qui illorum vices suppleant, quorum alter aquam benedictam cum aspersorio, et bursam cum corporali, quod supponendum erit vasculo sanctissimi sacramenti super mensa in cubiculo infirmi, et cum linteolo purificatorio ad digitos sacerdotis abstergendos; alter hunc librum ritualement deferat, et campanulam jugiter pulset. Succedant deinde deferentes intorticia.*

8. *Deficientibus autem clericis et aliis ministris praecedat aedituus, laternam, aquam benedictam cum aspersorio, bursam cum corporali, purificatorium, et librum ritualement portans, et campanulam jugiter pulsans.*

9. *Postremo sacerdos sacramentum gestans elevatum ante pectus sub umbella sequitur, dicens psalmum: Miserere &c., et alios psalmos poenitentiales, et cantica v. g. trium puerorum: Benedicite omnia opera Domini Domino, vel Ezechiae: Ego dixi in dimidio dierum meorum; vel etiam pro loci consuetudine recitans cum populo rosarium beatae Mariae Virginis, aut alias pias preces.*



10. *Subsequantur cognati et amici aegrotantis, et fideles, qui ex devotione ss. sacramentum comitari voluerint.*

11. *Quod si longius aut difficilius iter obeundum sit, et fortasse etiam equitandum, necesse erit, vas, in quo sacramentum defertur, bursa decenter ornata, et ad collum appensa, apte includere, et ita ad pectus alligare atque obstringere, ut neque decidere, neque pyxide excuti sacramentum queat.*

12. *Ingrediens vero sacerdos locum, ubi jacet infirmus, dicat :*

Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

Der Friede sey mit diesem Hause.

Mir bodi ti hiſhi.

Ant. Und mit allen, die es bewohnen. | Odg. In vſim, ki v' nji prebivajo.

13. *Tum depositum sacramentum super mensa, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus, et mox accepta aqua benedicta aspergit infirmum et cubiculum, dicens antiphonam:*

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor; *et primum versum psalmi:* Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, *cum Gloria Patri &c. Sicut erat &c. Deinde repetitur antiphona:* Asperges &c. *Postea:*

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Ÿ. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus: et mittere digneris sanctum angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

14. *His dictis accedat ad infirmum, ut cognoscat, num sit bene dispositus ad suscipiendum sacrum viaticum, et utrum velit aliqua peccata confiteri, et illum audiat atque absolvat, quamvis prius deberet esse rite confessus, nisi necessitas aliter urgeat. Meminerit autem sacerdos, aegris non esse injungendam gravem aut laboriosam poeniten-*



*tiam; sed indicendam tantum illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliqua oratione, aut levi satisfactione imposita, et acceptata, absolvantur, prout opus fuerit.*

**15. Post haec sacrae communionis uberrimos fructus exponat, his vel similibus verbis.**

### G l a u b e.

Ich glaube, o mein Jesus! daß du in dem heiligsten Sakramente des Altars wahrhaftig gegenwärtig bist mit Fleisch und Blut, mit Leib und Seele, als wahrer Gottmensch. O mein Herr und Heiland! du hast den Priestern deiner heiligen christkatholischen Kirche die Gewalt gegeben, das Brot in deinen Leib und den Wein in dein Blut zu verwandeln; du hast diese himmlische Speise zum stärkenden Labsal meiner armen Seele eingesetzt. Dich anbethend, empfangen ich, das ärmste Geschöpf, meinen Gott und Herrn.

### H o f f n u n g.

Voll Vertrauen auf deine väterliche Gnade und Barmherzigkeit hoffe ich, daß dieses allerheiligste Sakrament meine kranke Seele heilen, ihre Sünden tilgen, und sie zur ewigen Glückseligkeit führen werde. Auf dich, o Gott! hoffe ich.

### L i e b e.

Ich liebe dich, o höchstes Gut! mein Gott und mein Herr! mein Schöpfer und Erlöser! — Leben, Gnade, Barmherzigkeit verdanke ich dir. Für mich warst du gekreuziget, o mein Heiland,

### V é r a.

Vérujem, o moj Jesus! de si v' presvetim sakramentu reshnjiga telésa resnizhno prizhejózh s' méšam in s' kervjo, s' teléšam in s' dušho, kakor pravi Bog in zhlovek. O moj Gospód in Svelizhar! ti si masnikam svoje svete keršhanske katolíhke zerkve oblašt dal, kruh v' tvoje teló, in vino v' tvojo kri spreminjati; ti si to nebéshko jéd perpravil, de mojo ubogo dušho krepzhá in poshivlja. Tebe mólim, te te, ješt nar bolj ubóga stvar, svojiga Bogá in Gospóda prejemem.

### U p a n j e.

Poln saupanja v' tvojo ozhetovsko milost in usmiljenje, upam, de bo ta presveti sakrament mojo bolno dušho osdravil, njene gréhe isbrisal, ter jo v' vézhno svelizhanje peljal. V' tebe, o Bog! upam.

### L j u b é s i n.

Ljubim te, o nar vézhi dobróta! moj Bog in moj Gospod! moj stvarnik in odreshenik! — Shiviljenje, milost, usmiljenje imam le od tebe. Same si bil krishan, o moj Svelizhar,



meine Liebe! Mehr als dich selbst konntest du mir nicht reichen. Entflamme mein Herz mit dem Feuer deiner Liebe.

### N e u e.

Wie konnte ich auch nur Eine Sünde begehen, deren so viele auf mir liegen! O Herr! mein mildreicher Heiland! unendlicher Erbarmer! Komm zu mir, obgleich ich unwürdig bin, daß du eingehest in mein Haus! Komm mein höchstes Gut! — Amen.

moja ljubésin! Vezh ko sam sebe mi nisi mogel dati. Vnemi moje serzé s' ognjem svoje ljubesni.

### G r e v e n g a.

O kako sim mogel le en sami greh storiti, ktérih me toliko teshi! O Gospód! moj Svelizhar, ki si milosti poln in neskonzhno usmiljen! pridi k' meni, desiravno nisim vredin, de greslh v' mojo hiho! Pridi moja nar vézhi dobróta! Amen.

*16. Postea facta de more confessione generali: Confiteor Deo omnipotenti &c. sive ab infirmo, sive ejus nomine ab alio, sacerdos dicit:*

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducate ad vitam aeternam. R. Amen.

Indulgentiam, absolutionem †, et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. R. Amen.

*17. Deinde facta genuflexione, accipit sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit infirmo, dicens:*

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, *et more solito ter dicit:* Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

Sieh! das Lamm Gottes, welches hinwegnimmt die Sünden der Welt.

Herr! ich bin nicht würdig, daß du eingehest unter mein Dach; sondern sprich nur ein Wort, so wird meine Seele gesund.

Glej! Jagnje boshje, ktéro odjemlje gréhe svetá.

Gospód! nisim vredin, de greslh pod mojo strého; ampak rezi le s' besédo, in osdravljena bo moja duha.

*18. Et infirmus simul cum sacerdote dicat eadem verba, saltem semel, submissa voce; tum sacerdos dans infirmo Eucharistiam, dicat:*

Accipe frater (vel soror) viaticum corporis Domini nostri Jesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, et perducatur in vitam aeternam. Amen.

*19. His verbis utatur sacerdos, cum probabile est, quod infirmus sacram communionem amplius sumere non poterit.*



*20. Si vero communio non datur per modum viatici, dicat more ordinario:*

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam aeternam. Amen.

*21. Quod si mors immineat, et periculum sit in mora, tunc dicto: Misereatur &c. praedictis precibus omnibus, vel ex parte omissis, ei statim viaticum praebeat.*

*22. Potest quidem viaticum brevi morituris dari non jejunis; id tamen diligenter curandum est, ne iis tribuatur, a quibus ob phrenesim, sive ob assiduam tussim, aliumve similem morbum aliqua indecentia, cum injuria tanti sacramenti, timeri potest. Ceteris autem infirmis, qui ob devotionem in aegritudine communicant, danda est Eucharistia ante omnem cibum et potum, non aliter ac ceteris fidelibus, quibus nec etiam per modum medicinae ante aliquid sumere licet.*

*23. Postea sacerdos abluat digitos, nihil dicens, et infirmo detur ablutio. Quodsi sumtio ablutionis nocere possit infirmo, sacerdos vel ablutionem secum deferat ad reponendam in sacrario, vel igni tradat. Dein dicat:*

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri nostro (*vel* sorori nostrae) sacrosanctum corpus Domini nostri Jesu Christi Filii tui, tam corpori quam animae prosit ad remedium sempiternum: Qui tecum vivit et regnat &c. ℞. Amen.

*24. His expletis, si altera particula sacramenti supersuerit (superesse autem semper debet, praeterquam in casu jam dicto, pag. 70. Nr. 6.), genuflectit, surgit, et accipiens vas cum sacramento, facit cum eo signum crucis super infirmum, nihil dicens, et reverenter illud deferens, ordine, quo venerat, revertitur ad ecclesiam, dicendo psalmum: Laudate Dominum de coelis &c., et alios psalmos et hymnos, vel rosarium B. M. V., aut alias pias preces, prout tempus feret.*

*25. Cum pervenerit ad ecclesiam, ponit sacramentum super altare, adorat, deinde dicit:*

℣. Panem de coelo praestitisti eis.

℞. Omne delectamentum in se habentem.



℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus: Qui vivis et regnas &c. Amen.

*26. Postea cum sacramento in pyxide velo cooperta faciat signum crucis super populum, nihil dicens. Postremo illud in loco suo reponat.*

*27. Quodsi ob difficultatem aut longitudinem itineris, vel quia ea, qua decet, veneratione sacramentum ad ecclesiam commode reportari non potest, sumpta fuerit una tantum particula consecrata, ut dictum est, tunc ea infirmo administrata, sacerdos praedictis precibus recitatis, eum extenta manu dextera benedicit, dicens: Benedictio Dei omnipotentis, Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti descendat super te, et maneat semper. ℞. Amen.*

*Deinde suaribus verbis infirmum consoletur, et una cum aliis privato habitu, extinctis luminibus, umbella demissa, latente pyxide, ad ecclesiam vel domum quisque suam revertatur.*

*28. Quod si aeger, sumpto viatico, dies aliquot vixerit, vel periculum mortis evaserit, et communicare voluerit, ejus pio desiderio parochus non deerit.*

*29. Si infirmus, ad quem vocatur sacerdos, tam graviter aegrotat, ut mortis periculum imminere videatur, tunc sacerdos cum sacro viatico debet et oleum infirmorum ad eum deferre, et postquam infirmus viaticum sumpserit, et sacerdos orationem: Domine sancte &c., ut supra pag. 74. Nr. 23. dixerit, brevi admonitione ad infirmum praemissa, recitet statim flexis genibus psalmum 129.: De profundis &c. cum litanis, ut paulo infra pag. 79. Nr. 16., quibus finitis, mox ad lectum infirmi accedens, signum crucis super eum faciat, et extendens, imponensque manum dexteram super caput ejus dicat: In nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti extinguatur &c. ut infra Nr. 19., et prosequatur usque ad finem, observans omnia, quae abhinc pro administratione sacramenti extremae unctionis praescripta sunt; quibus omnibus peractis demum altera particula sacramenti, si supersuerit, re-*



*verenter reportetur ad ecclesiam (ut supra pag. 74. Nr. 24 — 26.) in tabernaculo reponenda.*

## Ordo ministrandi Sacramentum extremae unctionis.

*1. Extremae unctionis sacramentum a Christo Domino institutum, tanquam coelestis medicina, non animae solum, sed etiam corpori salutaris, omni studio ac diligentia adhibendum est infirmis, qui cum ad usum rationis pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur, et iis, qui prae senio deficiunt, et in diem videntur morituri, etiam sine alia infirmitate; adhibeatur autem, si fieri possit, eo tempore, cum illis adhuc integra mens et ratio riget, ut ad uberiores sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem, ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro liniuntur oleo.*

*2. In quo illud imprimis ex generali ecclesiae consuetudine observandum est, ut, si tempus et infirmi conditio permittat, ante extremam unctionem, poenitentiae et Eucharistiae sacramenta infirmis praebeantur.*

*3. Infirmis autem, qui, dum sana mente et integris sensibus essent, illud petierunt, seu verosimiliter petiissent, seu dederint signa contritionis, etiamsi deinde loquelam amiserint, vel amentes effecti sint, vel delirent, aut non sentiant, nihilominus praebeatur extrema unctio.*

*4. Sed, si infirmus, dum phrenesi, aut amentia laborat, verosimiliter posset quidquam facere contra reverentiam sacramenti, non iniungatur, nisi periculum tollatur omnino.*

*5. In eadem infirmitate hoc sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit; ut cum infirmus convalescit, iterum in periculum mortis inciderit.*

*6. Impoenitentibus vero, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, et excommunicatis, et nondum baptizatis penitus denegetur.*

*7. Non ministretur etiam praelium inituris, aut navigationem aut peregrinationem, aut alia pericula subituris, aut reis ultimo supplicio mox afficiendis, aut pueris rationis usum non habentibus.*

*8. Habeat igitur parochus loco nitido, et decenter ornato, in*



*rase argenteo seu stanneo diligenter custoditum sacrum oleum infirmorum, quod singulis annis feria quinta in coena Domini ab episcopo benedictum, veteri combusto, renovandum est. Id tamen, si forte infra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico oleo non benedicto in minori quantitate superinfuso, reparari potest.*

*9. Oleum porro ipsum vel per se solum, vel in bombacio, seu re simili servari potest; sed ad evitandum effusionis periculum multo commodius ad infirmos desertur in bombacio.*

*10. Sacerdos igitur hoc sacramentum ministraturus, quatenus fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam mappa candida coopertam, cum imagine crucifixi inter duas candelas accensas ponenda, itemque vas, in quo sit bombacium, seu quid simile in septem globulos distinctum, ad abstergendas partes inunctas, medullam panis ad detergendos digitos, et aquam ad abluendas sacerdotis manus, ceream item candelam, quae deinde accensa ipsi ungenti lumen praebeat. Denique operam dabit, ut quanta poterit munditia ac nitore hoc sacramentum ministretur.*

*11. Deinde convocatis clericis seu ministris, vel saltem uno clerico seu ministro, qui crucem sine hasta, aquam benedictam cum aspersorio, et librum ritualement deferat, ipse parochus decenter accipit vas sacri olei infirmorum, sacculo serico violacei coloris inclusum, illudque caute desert, ne effundi possit. Quodsi longius iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel alias adsit periculum effusionis, vas olei sacculo aut bursa inclusum, ut dictum est, ad collum appendat, ut commodius et securius perferat. Procedat autem sine sonitu campanulae.*

*12 Cum perventum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, sacerdos intrans cubiculum, dicit:*

*Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.*

*Der Friede sey mit diesem Hause.*

*Mir bodi ti hihi.*

*Ant. Und mit allen, die es bewohnen.*

*Odg. In vřim, ki v' nji prebivajo.*

*13. Deinde deposito oleo super mensam, superpelliceo, stolaeque violaceae indutus, aegroto crucem pie deosculandam porrigit; mox in modum crucis eum aqua benedicta, et cubiculum et circumstantes aspergit, dicens antiphonam:*



Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor; *et primum versum psalmi*: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam; *cum Gloria Patri &c.* Sicut erat &c. *deinde repetitur antiphona*: Asperges me &c.

*14. Sacerdos nunc ad aegrotum accedat, eum suaviter salutet, et si voluerit confiteri, audiat illum et absolvat; deinde piis verbis illum consoletur, et de hujus sacramenti vi atque efficacia, si tempus ferat, breviter admoneat, et quantum opus sit, ejus animum confirmet, et in spem erigat vitæ æternæ.*

*15. Postea stans versus aegrotum dicat:*

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit coelum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Introeat, Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostrae humilitatis ingressu aeterna felicitas, divina prosperitas, serena laetitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus daemonum, adsint angeli pacis; domumque hanc deserat omnis maligna discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen sanctum tuum, et benedic ✠ nostrae conversationi; sanctifica nostrae humilitatis ingressum, qui sanctus et qui pius es, et permanes cum Patre et Spiritu Sancto in saecula saeculorum. Amen.

Oremus et deprecemur Dominum nostrum Jesum Christum, ut benedicendo benedicat ✠ hoc tabernaculum, et omnes habitantes in eo, et det eis angelum bonum custodem, et faciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege sua: avertat ab eis omnes contrarias potestates; eripiat eos ab omni formidine, et ab omni perturbatione, ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

### O r e m u s.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, et mittere digneris sanctum angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.



*Hae tamen orationes, si tempus non patiat, ex parte, vel in totum poterunt omitti.*

*16. Tunc sacerdos flexis coram crucifixi imagine genibus psalmum sequentem, et litanias breves, in quibus competenti loco inseritur nomen patroni ecclesiae parochialis, et aegrotantis, clara voce recitabit, ut adstantes comprecari possint.*

## Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te, Domine: \* Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes, \* in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Domine: \* Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est; \* et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo

ejus: \* speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, \* speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia, \* et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, \* ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri &c.

Aus der Tiefe rufe ich zu dir, o Herr! Herr erhöre meine Stimme.

Laß Acht haben dein Ohr auf die Stimme meines Flehens.

Wenn du Acht haben wolltest auf die Missethaten, Herr! wer könnte dann bestehen, o Herr?

Aber bey dir ist Versöhnung; und um deines Gesichts willen harre ich auf dich, o Herr!

Meine Seele harret auf sein Wort! meine Seele hoffet auf den Herrn.

Von der Morgenwache bis in die Nacht hoffe Israel auf den Herrn.

Denn bey dem Herrn ist Barmherzigkeit, und bey ihm ist überreiche Erlösung.

Is globozhine vpijem k' tebi, o Gospód! Gospód ušlŕshi moj gláf.

Naj poslušhajo tvoje ušhŕsa gláf moje prošnje.

Gospód! zhe bošh savoljo pregréh rajtengo tirjal: o Gospód, kdo bo obštal?

Ali per tebi je odpušhánje gréhov, in savoljo tvoje posláve zhákam na tebe, o Gospód!

Moja dušha zhaka spolnjenja njegove besede: moja dušha v' Gospóda saupa.

Od jutrejníga zhuvanja noter do nozhí, naj Israel v' Gospóda saupa.

Ker per Gospódu je usmiljenje, in per njem je obilno odrefhenje.



Und er wird Israel erlösen, von allen seinen Sünden.

Ehre sey dem Vater, und dem Sohne, und dem heiligen Geiste; als sie war im Anfange, jetzt, und allezeit, und in alle Ewigkeit. Amen.

In on bo Israel réfhil od vših njegóvih hudobij.

Zhast bodi Ozhétu, in Šinu, in švetimu Dúhu; kakor je bila v' sazhétku, in sdaj in vselej, in vékomej. Amen.

## Litaniae.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Sancta Maria,

Omnes sancti angeli et archangeli,

Sancte Abel,

Omnis chorus justorum,

Sancte Abraham,

Sancte Joannes Baptista,

Sancte Joseph,

Omnes sancti patriarchae et prophetae,

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Sancte Andrea,

Sancte Joannes,

Omnes sancti apostoli et evangelistae,

Omnes sancti discipuli Domini,

Omnes sancti innocentes,

Sancte Stephane,

Sancte Laurenti,

Omnes sancti martyres,

Sancte Silvester,

Sancte Gregori,

Sancte Augustine,

Omnes sancti pontifices et confessores,

Ora (orate) pro eo (ea)

Sancte Benedicte,

Sancte Francisce,

Omnes sancti monachi et eremitae,

Sancta Maria Magdalena,

Sancta Lucia,

Omnes sanctae virgines et viduae,

Ora (orate) pro eo (ea)

Omnes Sancti et Sanctae Dei. Intercedite pro eo (ea).

Propitius esto. Parce ei Domine.

Propitius esto,

Propitius esto,

A peccatis ejus,

A variis languoribus,

Ab insidiis diaboli,

A morte perpetua,

Ab ira tua,

Ab omni malo,

Per adventum tuum,

Per incarnationem et nativitatem tuam,

Per jejunium tuum,

Per crucem et passionem tuam,

Per gloriosam resurrectionem tuam,

Libera eum (eam) Domine.



Per admirabilem ascensionem  
tuam,  
Per adventum Spiritus Sancti  
Paracliti,  
In hora mortis, et die iudicii,  
Peccatores,  
Ut praesentem infirmum (infirmam) visitare et consolari digneris,  
Ut pacem tuam ei dones,  
Ut fontem lacrymarum ei dones,  
Ut cogitationes pravas ab eo (ea) auferre digneris,  
Ut remissionem omnium peccatorum ei dones,  
Ut spatium poenitentiae ei dones,  
Ut sanitatem animae et corporis ei dones,

Libera eum  
(eam) Domine.  
  
Te rogamus, audi nos.

Ut gratiam et consolationem  
Sancti Spiritus cordi ipsius  
infundere digneris,  
Ut in praesenti periculo succurrere ei digneris,  
Ut ad gaudia sempiterna eum (eam) perducere digneris,  
Ut nos exaudire digneris,  
Fili Dei,  
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.  
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.  
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.  
Christe audi nos.  
Christe exaudi nos.  
Kyrie eleison.  
Christe eleison.  
Kyrie eleison.

Te rogamus, audi nos.

Herr, erbarme dich unser.  
Christe, erbarme dich unser.  
Herr, erbarme dich unser.  
Heilige Maria,  
Alle heiligen Engel und Erzengel,  
Heiliger Abel,  
Der ganze Chor der Gerechten,  
Heiliger Abraham,  
Heiliger Johann der Täufer,  
Heiliger Ioseph,  
Alle heiligen Patriarchen und Propheten,  
Heiliger Peter,  
Heiliger Paul,  
Heiliger Andreas,

Bitt (Bittet) für ihn (sie).

Gospód, usmili se naf.  
Krisite, usmili se naf.  
Gospód, usmili se naf.  
Šveta Marija,  
Všl sveti angeli in arhangeli,  
Šveti Abel,  
Vša drushba pravizhnih,  
Šveti Abraham,  
Šveti Janes kerstnik,  
Šveti Joshef,  
Všl sveti ozhaki in preroki,  
Šveti Peter,  
Šveti Paul,  
Šveti Andrej,

Prôfi (Profite) sanj (sanjo).



Heiliger Johann,  
 Alle heiligen Apostel und Evan-  
 gelisten,  
 Alle heiligen Jünger des Herrn,  
 Alle heiligen unschuldigen Kinder,  
 Heiliger Stephan,  
 Heiliger Lorenz,  
 Alle heiligen Martyrer,  
 Heiliger Sylvester,  
 Heiliger Gregor,  
 Heiliger Augustin,  
 Alle heiligen Bischöfe und Beich-  
 tiger,  
 Heiliger Benedikt,  
 Heiliger Franziskus,  
 Alle heiligen Mönche und Einsied-  
 ler,  
 Heilige Maria Magdalena,  
 Heilige Luzia,  
 Alle heiligen Jungfrauen und Witt-  
 wen,  
 Alle Heiligen Gottes,  
 Sey ihm (ihr) gnädig. Verschone ihn  
 (sie) o Herr!  
 Sey ihm (ihr) gnädig.  
 Sey ihm (ihr) gnädig.  
 Von seinen (ihren) Sünden,  
 Von seinen (ihren) Schmerzen,  
 Von den Nachstellungen des Teu-  
 fels,  
 Vom ewigen Tode,  
 Von deinem Zorne,  
 Von allem Uebel,  
 Durch deine Ankunft,  
 Durch deine Menschwerdung und  
 Geburt,

Bitt (Bittet) für ihn (sie).

Erlöse ihn (sie) o Herr!

Šveti Janes,  
 Vsi sveti apostelni in evange-  
 listi,  
 Vsi sveti uzhenzi Gospódovi,  
 Vsi sveti nedolshni otrozi,  
 Šveti Štefan,  
 Šveti Lavrenz,  
 Vsi sveti marterniki,  
 Šveti Šilvester,  
 Šveti Gregor,  
 Šveti Auguštin,  
 Vsi sveti škofje in sposno-  
 vavzi,  
 Šveti Benedikt,  
 Šveti Franzisk,  
 Vsi sveti mnih in pušhávnik,

Šveta Marija Magdalena,  
 Šveta Luzija,  
 Vse svete devize in vdove,

Vsi svetniki in svetnize boshje,

Bodi mu (ji) milostiv. Sanesi mu  
(ji) o Gospod!

Bódi mu (ji) milostiv,  
 Bódi mu (ji) milostiv,  
 Od njegovih (njenih) gréhov,  
 Od njegovih (njenih) bolezhin,  
 Od skušnjav hudizhevih,

Od vezhne smerti,  
 Od svoje jése,  
 Od vsiga hudiga,  
 Škosi svoj prihod,  
 Škosi svoje vzhlovezhenje in  
 rojstvo,

Prófi (profite) sanj (sanjo).

Réhi ga (jo) o Gospód!



Durch dein heiliges Fasten,  
 Durch deine Leiden, und durch deinen Tod am Kreuze,  
 Durch deine glorreiche Auferstehung,  
 Durch deine wunderbare Auffahrt,  
 Durch die Ankunft des heiligen Geistes des Trösters,  
 In der Todesstunde und am Tage des Gerichtes,

Erlöse ihn (sie) o Herr!

Wir arme Sünder,  
 Daß du diesen Kranken (diese Kranke) heimsuchen und trösten wollest,  
 Daß du ihm (ihr) deinen Frieden schenken wollest,  
 Daß du ihm (ihr) die Gabe der Bußthränen verleihen wollest,  
 Daß du ihn (sie) vor bösen Gedanken behüten wollest,  
 Daß du ihm (ihr) alle Sünden nachsehen wollest,  
 Daß du ihm (ihr) Zeit zur Buße lassen wollest,  
 Daß du ihm (ihr) die Gesundheit des Leibes und der Seele gewähren wollest,  
 Daß du seinem (ihrem) Herzen die Gnade und den Trost des heiligen Geistes eingießen wollest,  
 Daß du ihm (ihr) in der gegenwärtigen Gefahr zu Hülfe kommen wollest,  
 Daß du ihn (sie) in die ewige Freude einführen wollest,  
 Daß du uns erhören wollest,  
 Du Sohn Gottes,

Wir bitten dich, erhöre uns.

Škosi svoj sveti post,  
 Škosi svoje terpljenje in svojo smert na krishi,  
 Škosi svoje zhasliljivo vstajenje,  
 Škosi svoj zhudni vnebohod,  
 Škosi prihod troštara svetiga Duhá,  
 Šmertno uro in sódnji dan,

Reši ga (jo) o Gospód!

Mi greslniki,  
 De tega bolnika (to bolno) obišeh in oveselish,

De mu (ji) svoj mir dodelish,

De mu (ji) duhá rešnihne pokóre dodelish,

De ga (jo) hudih misel obvarujesh,

De mu (ji) vse gréhe odpustiš,

De mu (ji) zhaš se spokoriti pustiš,

De mu (ji) telésno in dušhno sdravje dodelish,

De v' njegovo (v' njeno) serzé gnado in tolashbo svetiga Duhá vlijesh,

De mu (ji) v' prizhujozhi nevarnosti pomagah,

De ga (jo) v' vézhno veselje perpeljesh,

De naš uslišish,

Šin Boshji,

Próximo te, usliši naš.



Du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmst die Sünden der Welt; schone unser, o Herr!

Du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmst die Sünden der Welt; erhöre uns, o Herr!

Du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmst die Sünden der Welt; erbarme dich unser, o Herr!

Christe, höre uns.

Christe, erhöre uns.

Herr, erbarme dich unser.

Christe, erbarme dich unser.

Herr, erbarme dich unser.

Jagnje Boshje, ki grêhe svetà od-jemljesh; sanesi nam, o Gospod!

Jagnje Boshje, ki grêhe svetà od-jemljesh; usliši nas, o Gospod!

Jagnje Boshje, ki grêhe svetà od-jemljesh; usmili se nas, o Gospod!

Kriste, šliši nas.

Kriste, usliši nas.

Gospod, usmili se nas.

Kriste, usmili se nas.

Gospod, usmili se nas.

**17. Tum de more facta confessione generali:** Confiteor Deo omnipotenti &c. *sacerdos ad lectum infirmi accedens, dicit:*

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam aeternam. *R.* Amen.

Indulgentiam †, absolutionem et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. *R.* Amen.

**18. Antequam autem sacerdos incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent, et ubi commodum fuerit, pro loco et tempore, et adstantium numero vel qualitate, recitent septem psalmos poenitentiales cum litanis (ut infra pag. 89.), vel alias preces, dum ipse unctionis sacramentum administrat.**

**19. Mox signum crucis super aegrotum faciens, dein extendens et imponens manum dexteram super caput ejus, dicat:**

In nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti extinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, et per invocationem omnium sanctorum angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, atque omnium simul sanctorum. Amen.

**20. Deinde intincto pollice in oleo sancto, in modum crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formae in hunc modum:**



*Ad oculos.* Per istam sanctam unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum deliquisti. Amen.

*21. Dum oculos, aures, et alia corporis membra, quae paria sunt, sacerdos inungit, caveat, ne alterum ipsorum ungendo sacramenti formam prius absolvat, quam ambo hujusmodi paria membra perunxerit.*

*22. Minister vero, si est in sacris, vel ipsemet sacerdos, post quamlibet unctionem tergat loca inuncta novo globulo bombacii vel rei similis, eaque in vase mundo reponat, et ad ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in sacrarium.*

*Ad aures.* Per istam sanctam unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per auditum deliquisti. Amen.

*Ad nares.* Per istam sanctam unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

*Ad os, compressis labiis.* Per istam sanctam unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per gustum et locutionem deliquisti. Amen.

*Ad manus.* Per istam sanctam unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per tactum deliquisti. Amen.

*Et adverte, quod manus, quae reliquis infirmis interius ungi debent, presbyteris exterius ungantur.*

*Ad pedes.* Per istam sanctam unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per gressum deliquisti. Amen.

*Ad lumbos, sive renes.* Per istam sanctam unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per lumborum delectationem deliquisti. Amen.

*23. Haec autem unctio ad lumbos omittitur semper in foeminis, et etiam in viris, qui commode moveri non possunt.*

*24. Si quis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eadem verborum forma; sed sive in mulieribus, sive in viris alia corporis pars pro renibus ungi non debet.*

*25. Quibus omnibus peractis, sacerdos dicit:*



Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Salvum fac servum tuum.

℞. Deus meus, sperantem in te.

℣. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.

℞. Et de Sion tuere eum.

℣. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo.

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Domine Deus, qui per apostolum tuum Jacobum locutus es: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei: cura, quaesumus, Redemptor noster, gratia Sancti Spiritus, languores istius infirmi (*vel* infirmae), ejusque sana vulnera, et dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis et corporis ab eo (*vel* ea) expelle, plenamque interius et exterius sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiae tuae restitutus (*vel* restituta), ad pristina reparetur officia: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

### O r e m u s.

Respice, quaesumus, Domine, famulum tuum (*vel* famulam tuam) N., in infirmitate sui corporis fatiscentem, et animam refove, quam creasti: ut castigationibus emendatus (*vel* emendata), se tua sentiat medicina salvatum (*vel* salvatam). Per Christum Dominum nostrum. Amen.

### O r e m u s.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, qui benedictionis tuae gratiam aegris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici



pietate custodis: ad invocationem tui nominis benignus assiste; ut famulum tuum (*vel* famulam tuam) ab aegritudine liberatum (*vel* liberatam), et sanitate donatum (*vel* donatam), dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque ecclesiae tuae sanctae cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*26. Deinde assumpta imagine s. crucis, facit super infirmum sequentes benedictiones, dicens:*

Dominus noster Jesus Christus apud te sit, ut te de † fendat. — Intra te sit, ut te re † ficiat. — Circa te sit, ut te con † servet. — Ante te sit, ut te de † ducat. — Post te sit, ut te con † fortet. — Super te sit, ut te undique muniat et bene † dicat.

℣. Spiritus Sanctus descendat et maneat super te. ℞. Amen.

℣. Propitietur Dominus cunctis iniquitatibus tuis. ℞. Amen.

℣. Et sanet omnes languores tuos. ℞. Amen.

℣. Redimatque de interitu vitam tuam. ℞. Amen.

Et faciat in omnibus bonis desiderium tuum, qui solus in Trinitate unus Deus vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen. Pax tecum.

*27. Postea extendit manum dexteram, vel si commode potest, tangit caput ipsius infirmi, dicendo:*

Sanet te Deus Pater, qui te creavit in carne.

Sanet te Filius, qui pro te passus est in cruce.

Sanet te Spiritus Sanctus, qui tibi infusus est in baptismo.

Sancta et laudabilis Trinitas, unus Deus, gratiam suam ad perfectum salutis animae et corporis in te augeat, et ab omni malo te liberet, ac in bono jugiter conservet. Qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

*28. His dictis exhibeat infirmo imaginem crucifixi, monendo, ut omnem suam confidentiam in dominicae passionis merita infiniti pretii collocet, et illam aegroto porrigat deosculandam, talia dicens:*

|                                                                                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                            |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Jesus Christus, vereinigend die göttliche mit der menschlichen Natur, hat uns durch sein Kreuz und Leiden von der Knechtschaft des bösen Feindes, und der Sünde erlöst; er will uns jetzt auch seine Rechte reichen, damit wir Schäflein seiner Heerde, Rettung und Heil | Jesuf Kristuf, ki je boshjo natoro s' zhloveshko sklenil, nal je s' svojim krishem in terpljenjem od fushnosti hudiga duhá in gréha odrešil; tudi sdaj nam svojo desnizo podati hozhe, de mi, ovzhize nje-gove zhéde, odreshenje in sveli- |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|



erlangen. Er, unser Erlöser, erquicket seine Kinder auch in ihren Leiden mit Trost und Freude, und mit himmlischen Tröstungen; wir bitten ihn darum demüthig, voll der Neue über unsere Vergehungen, und voll Vertrauen auf seine unendliche Barmherzigkeit. Der liebe Gott sendet uns Hülfe von oben, und wird uns nach unserm Hinscheiden eine glückselige Auferstehung verleihen. Durch Christum unsern Herrn. Amen.

zhanje sadobimo. On, našh Odrešhenik, pokrepzhuje svoje otroke tudi v' njih terpljenji s' tolashbo in veseljem, ter s' nebeshkimi potolashbami; satorej ga ponishno prósimo, polni kešanja savolj svojih gréhov, in polni saupanja v' njegovo neskonzhno usmiljenje. Ljubesnivi Bog nam pošilja pomózh od sgorej, in nam bo po naši smerti frezhno vstajenje dodelil. Po Kristusu Gospódu našhim. Amen.

*29. Ad extremum pro personae qualitate, salutaria monita breviter praeberere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur, et ad fugandas daemonum tentationes roboretur.*

*30. Denique aquam benedictam et crucem, nisi aliam habeat, coram eo relinquet, ut illam frequenter aspiciat, et pro sua devotione osculetur et amplectatur.*

*31. Admoneat etiam domesticos et ministros infirmi, ut, si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum sacerdotem accersant, ut morientem adjuvet, ejusque animam Deo commendet; sed si mors immineat, priusquam discedat, sacerdos animam Deo rite commendabit.*

*32. Si quis autem laborat in extremis, et periculum immineat, ne decedat, antequam finiantur unctiones, cito inungatur, incipiendo ab eo loco: Per istam sanctam unctionem &c. ut supra pag. 85.; deinde si adhuc supervivat, dicantur orationes praetermissae, suo loco positae.*

*33. Quodsi dubitet, an vivat adhuc, unctionem prosequatur, sub conditione pronuntiando formam, dicens: Si vivis, per istam sanctam unctionem &c. ut supra.*

*34. Si vero, dum inungitur, infirmus decedat, presbyter ultra non procedat, et praedictas orationes omittat.*

*35. His peractis sacerdos abstergat medulla panis digitos, praesertim pollicem, quo in unctionibus usus est, manusque lavet; lotionis vero aquam igni tradat, nisi eam (ut supra Nr. 22. globulos bombacii) secum deferre possit, ad effundendam in sacrarium.*



## Septem psalmi poenitentiales cum Litaniis.

*Pro infirmis, dum sacro liniuntur oleo, seu pro alia necessitate,  
dicuntur flexis genibus.*

*Antiphona.* Ne reminiscaris.

### Psalmus 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me: \* neque in ira tua corripas me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: \* sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: \* sed tu, Domine, usquequo?

Convertere, Domine, et eripe animam meam: \* salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: \* in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: \* lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: \* inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem: \* quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: \* Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: \* convertantur et erubescant valde velociter.

Gloria Patri &c.

### Psalmus 31.

Beati, quorum remissae sunt iniquitates: \* et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, \* nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, \* dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: \* conver-

sus sum in aerumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: \* et injustitiam meam non abscondi.

Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino: \* et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus \* in tempore opportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum



multarum \* ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione, quae circumdedit me: \* exultatio mea erue me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac, qua gradieris: \* firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus, \* quibus non est intellectus.

In camo et fraeno maxillas eorum constringe, \* qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, \* sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Laetamini in Domino, et exultate justi, \* et gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri &c.

### Psalmus 37.

Domine, ne in furore tuo arguas me: \* neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi: \* et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie irae tuae: \* non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum: \* et sicut onus grave gravatae sunt super me.

Putruerunt, et corruptae sunt cicatrices meae, \* a facie insipientiae meae.

Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem: \* tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: \* et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, et humiliatus sum

nimis: \* rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum: \* et gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: \* et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.

Amici mei, et proximi mei \* adversum me appropinquaverunt et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt: \* et vim faciebant, qui quaerebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: \* et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam: \* et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: \* et non habens in ore suo redargutiones.



Quoniam in te, Domine, speravi: \* tu exaudies me, Domine Deus meus.

Quia dixi: Ne quando supergaudeant mihi inimici mei: \* et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: \* et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: \* et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me: \* et multiplicati sunt, qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: \* quoniam sequer bar bonitatem.

Ne derelinquas me, Domine Deus meus: \* ne discesseris a me.

Intende in adjutorium meum, \* Domine Deus salutis meae.

Gloria Patri &c.

## Psalmus 50.

Miserere mei, Deus, \* secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: \* et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: \* et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: \* ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: \* et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: \* incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mun-

dabor: \* lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: \* et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: \* et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: \* et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: \* et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: \* et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: \* et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae: \* et exultabit lingua mea justitiam tuam.



Domine, labia mea aperies: \* et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: \* holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: \* cor contritum et humilatum, Deus, non despicias.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: \* ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes et holocausta: \* tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri &c.

## Psalmus 101.

Domine, exaudi orationem meam: \* et clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam a me: \* in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te, \* velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: \* et ossa mea sicut cremum aruerunt.

Percussus sum ut foenum, et aruit cor meum: \* quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei \* adhaesit os meum carni meae.

Similis factus sum pellicano solitudinis: \* factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, \* et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: \* et qui laudabant me, adversum me iurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabam, \* et potum meum cum fletu miscebam.

A facie irae et indignationis tuae: \* quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt: \* et ego sicut foenum arui.

Tu autem, Domine, in aeternum permanes: \* et memoriale tuum in generationem et generationem.

Tu exurgens misereberis Sion: \* quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus: \* et terrae ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum, Domine: \* et omnes reges terrae gloriam tuam.

Quia aedificavit Dominus Sion: \* et videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium: \* et non sprexit precem eorum.

Scribantur haec in generatione altera: \* et populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: \* Dominus de coelo in terram aspexit.



Ut audiret gemitus compeditorum: \* ut solveret filios interemptorum.

Ut annuntient in Sion nomen Domini: \* et laudem ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum, \* et reges, ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suae: \* paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum: \* in generationem et generationem anni tui.

Initio tu, Domine, terram fundasti: \* et opera manuum tuarum sunt coeli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: \* et omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur: \* tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt: \* et semen eorum in saeculum dirigetur.

Gloria Patri &c.

## Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te, Domine: \* Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes, \* in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Domine: \* Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: \* et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo

ejus: \* speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem \* speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia, \* et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël \* ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri &c.

## Psalmus 142.

Domine, exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: \* exaudi me in tua justitia.

Et non intres in iudicium cum servo tuo: \* quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus ani-

mam meam: \* humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi: \* et anxius est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus



tuis: \* in factis manuum tuarum meditarar.

Expandi manus meas ad te: \* anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me, Domine: \* defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me: \* et similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: \* quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: \* quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi: \* doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: \* propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in aequitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: \* et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: \* quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri &c.

*Antiphona.* Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

## Litaniae.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de coelis Deus,

Fili, redemptor mundi Deus,

Spiritus Sancte Deus,

Sancta Trinitas unus Deus,

Sancta Maria,

Sancta Dei genitrix,

Sancta virgo virginum,

Sancte Michaël,

Sancte Gabriel,

Sancte Raphaël,

Omnes sancti angeli et archangeli,

Miserere  
nobis.

Ora (orate) pro  
nobis.

Omnes sancti beatorum spirituum ordines,

Sancte Joannes Baptista,

Sancte Joseph,

Omnes sancti patriarchae et prophetae,

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Sancte Andrea,

Sancte Jacobo,

Sancte Joannes,

Sancte Thoma,

Sancte Jacobo,

Sancte Philippe,

Sancte Bartholomaeae,

Sancte Matthaeae,

Sancte Simon,

Ora (orate) pro nobis.



Sancte Thaddaeae,  
 Sancte Mathia,  
 Sancte Barnaba,  
 Sancte Luca,  
 Sancte Marce,  
 Omnes sancti apostoli et evangelistae,  
 Omnes sancti discipuli Domini,  
 Omnes sancti innocentes,  
 Sancte Stephane,  
 Sancte Laurenti,  
 Sancte Vincenti,  
 Sancti Fabiane et Sebastiane,  
 Sancti Joannes et Paule,  
 Sancti Cosma et Damiane,  
 Sancti Gervasi et Protasi,  
 Omnes sancti martyres,  
 Sancte Silvester,  
 Sancte Gregori,  
 Sancte Ambrosi,  
 Sancte Augustine,  
 Sancte Hieronyme,  
 Sancte Martine,  
 Sancte Nicolae,  
 Omnes sancti pontifices et confessores,  
 Omnes sancti doctores,  
 Sancte Antoni,  
 Sancte Benedicte,  
 Sancte Bernarde,  
 Sancte Dominice,  
 Sancte Francisce,  
 Omnes sancti sacerdotes et levitae,  
 Omnes sancti monachi et eremitae,  
 Sancta Maria Magdalena,

Ora (orate) pro nobis.

Sancta Agatha,  
 Sancta Lucia,  
 Sancta Agnes,  
 Sancta Caecilia,  
 Sancta Catharina,  
 Sancta Anastasia,  
 Omnes sanctae virgines et viduae,  
 Omnes sancti et sanctae Dei, Intercedite pro nobis.  
 Propitius esto, Parce nobis, Domine.  
 Propitius esto, Exaudi nos, Domine.  
 Ab omni malo,  
 Ab omni peccato,  
 Ab ira tua,  
 A subitanea et improvisa morte,  
 Ab insidiis diaboli,  
 Ab ira, et odio, et omni mala voluntate,  
 A spiritu fornicationis,  
 A fulgure et tempestate,  
 A morte perpetua,  
 Per mysterium sanctae incarnationis tuae,  
 Per adventum tuum,  
 Per nativitatem tuam,  
 Per baptismum et sanctum jejunium tuum,  
 Per crucem et passionem tuam,  
 Per mortem et sepulturam tuam,  
 Per sanctam resurrectionem tuam,  
 Per admirabilem ascensionem tuam,  
 Per adventum Spiritus Sancti Paracliti,  
 In die judicii,

Ora (orate) pro nobis.

Libera nos Domine.



Peccatores,  
 Ut nobis parcas,  
 Ut nobis indulgeas,  
 Ut ad veram poenitentiam nos  
 perducere digneris,  
 Ut ecclesiam tuam sanctam re-  
 gere et conservare dig-  
 neris,  
 Ut domnum apostolicum (\*) et  
 omnes ecclesiasticos ordi-  
 nes in sancta religione con-  
 servare digneris,  
 Ut inimicos sanctae ecclesiae  
 humiliare digneris,  
 Ut regibus et principibus chri-  
 stianis pacem et veram con-  
 cordiam donare digneris,  
 Ut cuncto populo christiano pa-  
 cem et unitatem largiri  
 digneris,  
 Ut nosmetipsos in tuo sancto  
 servitio confortare et con-  
 servare digneris,  
 Ut mentes nostras ad coelestia  
 desideria erigas,  
 Ut omnibus benefactoribus no-  
 stris sempiterna bona re-  
 tribuas,

Te rogamus audi nos.

Ut animas nostras, fratrum, pro-  
 pinquorum, et benefacto-  
 rum nostrorum ab aeterna  
 damnatione eripias,  
 Ut fructus terrae dare et con-  
 servare digneris,  
 Ut omnibus fidelibus defunctis  
 requiem aeternam donare  
 digneris,  
 Ut nos exaudire digneris,  
 Fili Dei,

Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
 Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
 Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
 Miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster &c. *secreto*.

ψ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

## Psalmus 69.

Deus, in adiutorium meum inten-  
 de: \* Domine, ad adjuvandum me  
 festina.

Confundantur et reveantur, \*  
 qui quaerunt animam meam.

Avertantur retrorsum, et erubes-  
 cant, \* qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescences, \*  
 qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent et laetentur in te omnes,

(\*) *Sede papali vacante omissis verbis: Domnum apostolicum: dicatur: Ut omnes ecclesiasticos ordines &c.*



qui quaerunt te, \* et dicant semper: **Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.**

**Ego vero egenus et pauper sum: \* Deus, adjuva me.**

**Adjutor meus, et liberator meus es tu: \* Domine, ne moreris.**

**Gloria Patri &c. Sicut erat &c.**

℣. **Salvos fac servos tuos.**

℞. **Deus meus, sperantes in te.**

℣. **Esto nobis, Domine, turris fortitudinis.**

℞. **A facie inimici.**

℣. **Nihil proficiat inimicus in nobis.**

℞. **Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.**

℣. **Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.**

℞. **Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.**

℣. **Oremus pro pontifice nostro N. (\*)**

℞. **Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.**

℣. **Oremus pro benefactoribus nostris.**

℞. **Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam aeternam. Amen.**

℣. **Oremus pro fidelibus defunctis.**

℞. **Requiem aeternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis.**

℣. **Requiescant in pace.**

℞. **Amen.**

℣. **Pro fratribus nostris absentibus.**

℞. **Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.**

℣. **Mitte eis, Domine, auxilium de sancto.**

℞. **Et de Sion tuere eos.**

℣. **Domine, exaudi orationem meam.**

℞. **Et clamor meus ad te veniat.**

℣. **Dominus vobiscum.**

℞. **Et cum spiritu tuo.**

### O r e m u s.

**Deus, cui proprium est misereri semper et parcere; suscipe deprecationem nostram: ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.**

(\*) *Sede papali vacante omittatur, et statim dicatur: Oremus pro benefactoribus nostris, &c.*



Exaudi, quaesumus Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo, pontifici nostro N. (\*), et dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis aeternae: ut te donante tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Ure igne Sancti Spiritus renes nostros, et cor nostrum, Domine: ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni, et adjuvando proseguere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse praenoscis: te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuae clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum &c. R. Amen.

ψ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

---

(\*) Sede papali vacante omittatur, et statim dicatur oratio sequens: Deus, a quo sancta desideria &c.



℣. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus.

℞. Amen.

℣. Et fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

℞. Amen.

## De visitatione et cura infirmorum.

1. *Parochus imprimis meminisse debet, non postremas esse muneris sui partes, aegrotantium curam habere. Quare cum primum noverit, quempiam ex fidelibus curae suae commissis aegrotare, non expectabit, ut ad eum vocetur, sed ultro ad illum accedat; idque non semel tantum, sed saepius, quatenus opus fuerit: horteturque parochiales suos, ut vel ipsum, vel suos cooperatores, si quos habet, admoneant, cum aliquem in parochia sua aegrotare contigerit, praecipue si morbus gravior fuerit.*

2. *Ad hoc iurabit, ut officium, morbo graviori correptos curatoribus animarum nuntiandi, in paroeciis majoribus, montosis et difficultibus accessu, interdum e sacro suggestu promulgetur, ne quis divinis auxiliis sua suorumque negligentia frustretur.*

3. *Quodsi parochus legitime impeditus, infirmorum, ut quando plures sunt, visitationi interdum vacare non potest, id praestandum curabit per suos cooperatores, vel alios sacerdotes, si quos habet in parochia sua, aut his deficientibus, saltem per laicos homines pios, et christiana charitate praeditos.*

4. *Aegrotos visitans, ea, qua sacerdotes Domini decet, honestate et gravitate se habeat, ut non aegris solum, sed sibi et domesticis verbo et exemplo prosit ad salutem.*

5. *Eorum vero praecipuam curam geret, qui humanis auxiliis destituti, benigni ac providi pastoris charitatem et operam requirunt. Quibus si non potest ipse succurrere de suo, et eleemosynas illis, prout debet, si facultas suppetit, erogare, quantum fieri potest, sive per privatas, sive per publicas collectas, et eleemosynas illorum necessitatibus succurrendum curabit.*

6. *In primis autem spiritualem aegrotantium curam suscipiat, omnemque diligentiam in eo ponat, ut in via salutis eos dirigat, atque a diabolicis insidiis salutarium adjumentorum praesidio defendat ac tueatur.*



7. *Accedat autem sacerdos ad aegrotum ita paratus, ut in promptu habeat argumenta ad persuadendum apta, ac praesertim sanctorum exempla, quae plurimum valent, quibus eum in Domino consoletur, excitet ac recreet. Horteturque, ut omnem spem suam in Deo ponat, peccatorum suorum poeniteat, divinam misericordiam imploret, et infirmitatis poenas, tanquam paternam Dei visitationem, patienter ferat, et ad salutem suam provenisse credat, ut vitam moresque suos melius instituat.*

8. *Deinde, qua par est, prudentia et charitate, hominem ad sacram confessionem inducat, et confitentem audiat, etiamsi velit totius vitae peccata confiteri; ac si opus fuerit, tam infirmo, quam ejus familiaribus vel propinquis in memoriam revocet, quod Lateranensis concilii, ac plurium summorum pontificum decretis cavetur sub gravibus poenis, ne medici ultra tertiam vicem aegrotos visitent, nisi prius ipsis certo constet, illos confessionis sacramento rite expiatis fuisse.*

9. *Illud praeterea diligenter servari curabit, ne quis pro corporali salute aliquid aegroto suadeat, vel adhibeat, quod in detrimentum animae convertatur.*

10. *Ubi vero periculum immineat, parochus monebit aegrotum, ne daemonum astutia, neque domesticorum vel aliorum pollicitationibus, aut blanditiis se ullo modo decipi sinat, quominus ea, quae ad animae salutem pertinent, opportune procuret, et qua par est devotione et celeritate sancta sacramenta, dum sana mens est, integrique sensus, religiose suscipiat, citra fallacem illam ac perniciosam procrastinationem, quae plurimos ad aeterna supplicia perduxit, in diesque fallente diabolo perducit.*

11. *Quod si aeger aliquis hortationibus ac monitis sacerdotum vel amicorum et domesticorum consiliis adduci non potest, ut velit peccata sua confiteri, tunc non omnino desperanda res est; sed quamdiu ille vivit, repetendae sunt frequentes, variae et efficaces sacerdotum et aliorum piorum hominum exhortationes; proponendaeque aeternae salutis damna, et sempiternae mortis supplicia; ostendendaeque immensa Dei misericordia, eum ad poenitentiam provocantis, ad ignoscendum paratissimi. Adhibendae sunt etiam tum privatae, tum publicae ad Deum preces, ad divinam gratiam impetrandam pro salute miseri decumbentis.*



12. Videbit denique sacerdos, quibus potissimum tentationibus aut pravis opinionibus aeger sit subjectus, eique, prout opus fuerit, apta remedia prudenter adhibebit.

13. Sacras imagines Christi Domini crucifixi, beatæ Mariæ Virginis, et sancti, quem aeger præcipue veneratur, ob oculos ejus apponi curabit. Vasculum item adsit aquæ benedictæ, qua frequenter aspergatur.

14. Proponet etiam aegrotanti, prout ejus conditio feret, aliquas breves orationes, et pias mentis ad Deum excitationes: præsertim versiculos e psalmorum libro, vel orationem dominicam, et salutationem angelicam, symbolum fidei, vel passionis Domini nostri meditationem, et sanctorum martyria et exempla, ac coelestis gloriæ beatitudinem. Haec tamen opportune et discrete suggerantur, ne aegroto molestia, sed levamen afferatur.

15. Consoletur infirmum, dicens, se pro eo in missæ sacrificio, et aliis precibus oraturum, curaturumque, ut alii itidem pro eo faciant, idque re ipsa præstabit.

16. Si morbus gravior vel cum periculo fuerit, aegroto, nisi jam aliunde hoc factum sit, caute suadeat, ut, dum integra mente est, rem suam omnem recte constituat, circa facultates suas rite pieque disponat, si quid habeat alienum, restituat, et debita, si quæ habeat, solvat aut solvenda curet; sed hæc aegroto suggerendo omnis avaritiæ nota caveatur.

17. Hortetur denique, ut, si convalescerit, ante omnia ad ecclesiam veniat, ubi Deo gratias agat de restituta valetudine, et sacram communionem pie suscipiat, ac deinceps meliorem vitæ disciplinam teneat.

18. Nemini nisi convenientia loquatur. Sciat considerate et urbaniter se gerere erga nobiles, et alios, ut ajunt, honoratiores; familiarius agere cum plebeis; sciat aliter pios, aliter negligentes aut impios, aliter doctos, aliter rudes, aliter patientes, aliter impatientes aut desperantes esse alloquendos. Quoquo modo autem se gerat, eos ad rem poenitentiam conducere satagat.

19. Sacerdos igitur infirmi cubiculum ingressus primum dicat:

Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

Der Friede sey mit diesem Hause.

Mir bodi ti hifhi.

Ant. Und mit allen, die es bewohnen.

Odg. In vřim, ki v' nji prebivajo.



**20.** *Mox infirmum et lectum ejus, et cubiculum aspergat aqua benedicta, dicens antiphonam: Asperges me Domine hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealabor: et primum versum psalmi: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam; cum Gloria Patri &c. Sicut erat &c. et repetitur antiphona: Asperges me &c.*

**21.** *Deinde erga infirmum officium suum praestet, ut supra dictum est. Pauca hic annectimus ad obvium usum, quae prudens sacerdos post alia de statu valetudinis verba interjecta pro varietate salubriter inter colloquia ponere poterit.*

### Actus fidei.

Credo, Domine: adjuva incredulitatem meam. *Marc. 9, 23.*

Domine! adauge nobis fidem. *Luc. 17, 5.*

Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret; ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. *Joan. 3, 16.*

Qui credit in Filium, habet vitam aeternam. *Joan. 3, 36.*

Utique Domine, ego credidi, quia tu es Christus, Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti. *Joan. 11, 27.*

Credo enim Deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi. *Act. Apost. 27, 25.*

Ich glaube, Herr! aber ersehe du, was meinem Glauben fehlt.

O Herr! vermehre in uns den Glauben.

Gott hat die Welt so sehr geliebt, daß er seinen eingebornen Sohn hingab, damit alle, die an ihn glauben, nicht verloren gehen, sondern das ewige Leben haben.

Wer an den Sohn glaubt, der hat das ewige Leben.

Ja Herr! ich glaube, daß du Christus, der Sohn des lebendigen Gottes bist, der in diese Welt gekommen ist.

Ich glaube Gott, daß es so geschehen wird, wie mir gesagt worden ist.

Vérujem, Gospód! pomágaj moji nevéri.

Gospód! pomnóshi nam véro.

Bóg je svét takó ljúbil, de je dal svojiga edinorojeniga Šinú, de, kdorkoli vanj véruje, se ne pogubi, temuzh ima vezhno shivljenje.

Kdor v' Šina véruje, ima vezhno shivljenje.

Kaj pa de vérujem, Gospód! de si ti Kristus, Šin shiviga Bogá, ki si na svét prišel.

Verjámem Bogú, de bo réf takó, kakor mi je bilo rezhenó.



## Actus spei.

In te Domine! speravi, non confundar in aeternum. *Ps.* 30, 2.

Et nunc, quae est expectatio mea? nonne Dominus? et substantia mea apud te est. *Ps.* 38, 8.

Quare tristis es anima mea? et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi; salutare vultus mei, et Deus meus. *Ps.* 42, 5.

Clamavi ad te, Domine, dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viventium. *Ps.* 141, 6.

Qui sperat in Domino, beatus est. *Prov.* 16, 20.

Nullus speravit in Domino, et confusus est. *Eccli.* 2, 11.

Ecce Deus Salvator meus, fiducialiter agam, et non timebo: quia fortitudo mea et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem. *Isai.* 12, 2.

Et haec est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, vitam aeternam. 1. *Joan.* 2, 25.

Auf dich, o Herr! hoffe ich, laß mich nimmermehr zu Schanden werden.

Was ist meine Hoffnung? Ist's nicht der Herr? denn mein Bestand ist bey dir.

Warum bist du traurig, meine Seele? und warum betrübest du mich? Hoffe auf Gott; denn ich werde ihm noch danken: Er ist mein Heil und mein Gott.

Zu dir rufe ich, o Herr! und spreche: Du bist meine Hoffnung, mein Theil im Lande der Lebendigen.

Wer auf den Herrn hofft, ist selig.

Keiner, der auf den Herrn gehofft, ist zu Schanden geworden.

Gott ist mein Heiland. Ich bin getrost, und fürchte mich nicht; denn meine Stärke und mein Lob ist der Herr, und er ward mir zum Heil.

V' tebe, Gospód! saúpam, ne bom saframovan vekomej.

V' kogá úpam? Ali ne v' Gospóda? In moje shivljenje je per tebi.

Zhemú si shalostna, moja dusha? in zhemú me mótišh? Saúpaj v' Bogá; she ga bom hválil, on je moja pomózh, in moj Bog.

V' tebe, Gospód! sim klízal, in rékel: Ti si moje upanje, moj delesh v' desheli shivih.

Kdor v' Gospóda saúpa, je frézhen. Nobeden ni bil oframoten, ki je v' Gospóda saúpal.

Glej! Bog je moj Svelizhar; sa-úpljivo ravnám, in se ne bojim; sakaj moja mozh in moja hvala je Gospód, in on me je otél.



Dieß ist die Verheißung, die Gott uns gegeben, das ewige Leben.

To je obljuba, ki nam jo je Bog dal, vezhno shivljenje.

### Actus charitatis.

Diligam te, Domine, fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus. *Ps. 17, 2. 3.*

Quam bonus Israël Deus, his, qui recto sunt corde! *Ps. 72, 1.*

Quid enim mihi est in coelo? et a te quid volui super terram? —

Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum. *Ibid. 25. 26.*

Recordatus es mei Deus, et non dereliquisti diligentes te. *Dan. 14, 37.*

Domine, tu omnia nosti, tu scis, quia amo te. *Joan. 21, 17.*

Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. *Rom. 8, 28.*

Quis ergo nos separabit a charitate Christi? *Ibid. 35.*

Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. *1. Petr. 4, 8.*

Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. *1. Joan. 3, 14.*

Dich will ich lieben, o Herr! denn du bist meine Stärke, meine Beste, meine Zuflucht, mein Erretter.

O wie gütig ist gegen Israel Gott, gegen die, so rechten Herzens sind.

Was habe ich im Himmel, und was liebe ich auf Erden außer dir? — Meines Herzens Gott, und mein Theil ist Gott in Ewigkeit.

Herr du hast meiner gedacht, und diejenigen nie verlassen, die dich lieben.

Herr! du weißt alles, du weißt, daß ich dich liebe.

Wir wissen, daß denen, die Gott lieben, alle Dinge zum Besten dienen.

Wer wird uns also scheiden von der Liebe Christi?

Ljubim te, Gospód! ti si moja mózh, moja terdnost, moje perbeshálishé, in moj odreshenik.

Kakó dober je Bog Israelzam, ktéri so ravniga serzá.

Kaj imam v' nebésh, in kaj ljubim memo tebe na semlji? — Bog mojiga serzá, in moj delesh je Bog vékoma.

Spómnil si se me, o Bog! in ni si sapústil njih, ki te ljubijo.

Gospód! ti vse vésh; ti vésh, de te ljubim.

Vémo, de njim, ktéri Bogá ljubijo, vse k' dóbrimu perpomóre.

Kdo nal bo tedej od Kristusove ljubésni lózhil?



Vor allem aber liebet euch stets unter einander; denn die Liebe bedeckt die Menge der Sünden.

Wir wissen, daß wir vom Tode ins Leben übersetzt worden sind, weil wir die Brüder lieben. Wer nicht liebt, der bleibt im Tode.

Pred vſim pa iméjte védno ljubé-sen med ſeboj; kér ljubéſen pokrije obilnoſt gréhov.

Mi vémo, de ſmo bili preneſheni is ſmertí v' ſhívljenje, kér ljubímo brate. Kdor ne ljubí, oſtáne v' ſmertí.

### Actus contritionis.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. *Ps. 6, 2.*

Delicta juventutis meae, et ignorantias meas ne memineris. Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam Domine. *Ps. 24, 7.*

Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo: multum est enim. *Ibid. 11.*

Multiplicatae sunt (iniquitates) super capillos capitis mei. *Ps. 39, 13.*

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper. *Ps. 50, 5.*

Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis. *Ibid. 12.*

Ne projicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. *Ibid. 13.*

Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies. *Ibid. 19.*

Deus, tu scis insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita. *Ps. 68, 6.*

Et veniat super me misericordia tua, Domine: salutare tuum secundum eloquium tuum. *Ps. 118, 41.*

Pater, peccavi in coelum et coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus. *Luc. 15, 21.*

Herr, strafe mich nicht in deinem Grimme: züchtige mich nicht in deinem Zorne.

Gedenke nicht der Sünden meiner Jugend, und meiner Unachtsamkeit. Nach

Gospód! ne ſvári me v' ſvojím ſerdu, in ne tēpi me v' ſvoji jési.

Ne pomni gréhov moje mladóſti, in mojím nevédnoſt. Po ſvoji mí-



deiner Barmherzigkeit sey meiner eingedenk, um deiner Güte willen, o Herr!

Um deines Nahmens willen, o Herr! sey gnädig meiner Sünde, denn ihrer ist viel.

Meine Sünden sind zahlreicher, als die Haare meines Hauptes.

Ich erkenne meine Missethat, und meine Sünde ist stets vor mir.

Ein reines Herz erschaffe in mir, o Gott! und den rechten Geist erneuere in meinem Innern.

Werf mich nicht vor deinem Angesichte, und deinen heiligen Geist nimm nicht von mir.

Ein zerknirschetes und gedemüthigtes Herz wirst du, o Gott! nicht verachten.

Gott! du kennst meine Thorheit, und meine Missethaten sind nicht verborgen vor dir.

Laß, o Herr! deine Barmherzigkeit und Hülfe über mich kommen, wie du es versprochen hast.

Vater! ich habe mich versündigt wider den Himmel und vor dir; ich bin nicht mehr werth dein Sohn zu heißen.

loßi me ne posábi, savolj dobróte svoje, o Gospod!

Savolj svojiga iména, Gospód! mi bošh odpústil gréhe; sakaj veliko jih je.

Vezh je mojih gréhov, ko láf na moji glávi.

Svojo hudobíjo sposnám, in moj gréh mi je védno pred ozhmí.

Štvári v' meni, o Bog! zhísto serzé, in ponóvi v' mojim oserzhji praviga duhá.

Ne saversi me spred svojiga oblízhja, in svojiga svétiga duhá mi nikár ne odvsémi.

Potertiga in ponishaniga serzá, Bog! ne bošh sanizheval.

Bog! ti véšh mojo neúmnošt, in moje pregréhe ti níso perkrite.

Poshlji mi svoje usmíljenje, Gospód! svojo pomózh, kákor si oblubil.

Ozhe! greshíl sim soper nebéfa in soper tebe; vezh nísim vréden tvoj sin imenován biti.

### Actus conformitatis cum voluntate divina.

**Dominus est: Quod bonum est in oculis suis, faciat. 1. Reg. 3, 18.**

Et nunc, Domine, secundum voluntatem tuam fac mecum, et praecipe in pace recipi spiritum meum: expedit enim mihi mori magis, quam vivere. **Tob. 3, 6.**

Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. **Ps. 107, 2.**

Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam. **Ps. 118, 124.**

Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. **Ps. 142, 10.**



Sicut autem fuerit voluntas in coelo, sic fiat. *1. Machab. 3, 60.*

Fiat voluntas tua, sicut in coelo, et in terra. *Matth. 6, 10.*

Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. *Matth. 26, 42.*

Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. *Rom. 14, 8.*

Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum. *Philip. 1, 21.*

Es ist der Herr; er thue, was gut ist in seinen Augen.

So handle nun, o Herr! mit mir nach deinem Willen, und laß meinen Geist aufgenommen werden im Frieden; denn sterben ist mir besser, als leben.

Mein Herz ist bereit, o Gott! ja es ist bereit zu allem.

Verfahre mit deinem Diener, wie es deiner Barmherzigkeit gefällt.

Lehre mich, o Herr! deinen Willen thun; denn du bist mein Gott.

Wie es der Wille im Himmel ist, also geschehe es.

Herr! dein Wille geschehe, wie im Himmel, so auch auf der Erde.

Vater! ist es nicht möglich, daß dieser Kelch vorübergehe, ohne daß ich ihn trinke, so geschehe dein Wille.

Wir mögen leben, oder sterben, so sind wir des Herrn.

Christus ist mein Leben, und Sterben mein Gewinn.

On je Gospód; on naj stóri, kar je njemu vshézh.

In sdaj, Gospód! stóri s' menoju po svoji volji, in ukáshi, de se v' míru lózhi moja dúsha; sakaj, bolje je same umréti, kákor shivéti.

Moje serzé je perpravljeno, o Bog! moje serzé je perpravljeno.

Ravnaj s' svojim slushábnikam po svojim ušmiljenji.

Uzhi me tvojo voljo spolnovati; sakaj ti si moj Bóg.

Kakor je volja v' nebésih, takó naj se sgodi.

Sgodi se tvoja volja, kakor v' nebésih, takó na semlji.

Ozhe moj! ako ne more ta kélih memo iti, kakor de ga pijem, naj se sgodi tvoja volja.

Ako shivimò, ali ako umerjemo, smo Gospódovi.

Kristul je moje shivljenje, in smert mi je dobizhik.

## Actus desiderii.

Si ergo inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te. *Exod. 33, 13.*

Satiabor, cum apparuerit gloria tua. *Ps. 16, 15.*

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea, faciem tuam, Domine, requiram. *Ps. 26, 8.*



Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te, Deus. *Ps. 41, 2.*

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam, et apparebo ante faciem Dei? *Ps. 41, 3.*

Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. *Ps. 62, 2.*

Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. *Ps. 83, 3.*

Oculi mei defecerunt in salutare tuum: et in eloquium justitiae tuae. *Ps. 118, 123.*

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo. *Ps. 141, 8.*

Audemus autem, et bonam voluntatem habemus, magis peregrinari a corpore, et praesentes esse ad Dominum. *2. Cor. 5, 8.*

Desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo, multo magis melius. *Philip. 1, 23.*

Habe ich Gnade gefunden in deinen Augen, so zeige mir dein Angesicht, auf daß ich dich kenne.

Ich werde ersättiget werden, wenn sichtbar wird deine Herrlichkeit.

Mein Herz hat zu dir gesagt: Es sucht dich mein Angesicht: Dein Angesicht, o Herr! will ich suchen.

Gleichwie ein Hirsch verlangt nach Wasserquellen, also verlangt meine Seele nach dir, o Gott!

Meine Seele durstet nach Gott nach dem starken lebendigen Gott; wann werde ich hinkommen, und erscheinen vor Gottes Angesicht?

Nach dir, o Herr! verlangt meine Seele, nach dir durstet auch sogar mein Leib.

Meine Seele sehnt sich, und schmachtet nach den Vorhöfen des Herrn.

Meine Augen schmachten nach deinem

Ako sim milost sadóbil pred tvojim oblizhjem, mi pokáshi svoj obrás, de te posnám.

Jest bom nasiten, ko se bo tvoje velizhastvo perkasálo.

Tebi govori moje serzé, tebe ishe moje oblizhje; tvoje oblizhje, Gospód! ishem.

Kakor hrepeni jelen po merslih vodah; takó hrepeni moja dusha po tebi, o Bog!

Mojo dusho shéja po mogózhnim shivim Bógu; kdaj bom prishel, in pred Boshje oblizhje stópil?

Moja dusha hrepeni po tebi, moje teló te sasheljuje.

Moja dusha sheli in koperni po Gospódovi vèshi.

Moje ozhi koperné po tvojim



Heile, und nach dem Worte deiner Gerechtigkeit.

Führe aus dem Kerker meine Seele, damit ich preise deinen Namen.

Wir sind getrost, und wünschen vielmehr aus dem Leibe zu wandern, und gegenwärtig bey dem Herrn zu seyn.

Ich habe das Verlangen, aufgelöst zu werden, und mit Christo zu seyn, was viel besser wäre.

svelizhanji, in po besédi tvoje pravize.

Pelji is jézhe mojo dusho, de hválim tvoje imé.

Upamo in shelimò veliko bolj is telésa preselíti se, in vprizhni biti pred Gospódam.

Shelim rasvésan in s' Kristusam biti, kar bi bilo veliko bolje.

### Gratiarum actiones.

Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. *Ps. 33, 2.*

Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum. *Ps. 83, 3.*

Misericordias Domini in aeternum cantabo. *Ps. 88, 2.*

Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo, quamdiu sum. *Ps. 103, 33.*

Misericordiae Domini, quia non sumus consumpti. *Thren. 3, 22.*

Gratia autem Dei sum id, quod sum. *1. Cor. 15, 10.*

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. *2. Cor. 1, 3. 4.*

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in haereditatem incorruptibilem et incontaminatam, et immarcescibilem, conservatam in coelis in vobis. *1. Petr. 1, 3. 4.*

Ich will den Herrn preisen zu aller Zeit: immer soll sein Lob in meinem Munde seyn.

Mein Herz und mein Leib frohlocken in dem lebendigen Gott.

Die Erbarmungen des Herrn will ich ewiglich besingen.

Ich will singen dem Herrn in meinem

Však zhaš bom Gospóda povelizheval; njegova hvála bo v' mojih ustih vùn in vùn.

Moje serzé in moje teló se veselita nad shivim Bógam.

Gospódovo usmíljenje bom prepéval vékoma.

Vše svoje shive dní bom Gospó-



Leben, lobfingen will ich meinem Gott, so lange ich bin.

Die Barmherzigkeit des Herrn ist es, daß wir nicht vernichtet sind.

Durch die Gnade Gottes bin ich, was ich bin.

Gepriesen sey Gott und der Vater unseres Herrn Jesu Christi, der Vater der Barmherzigkeit, und der Gott alles Trostes, der uns tröstet in aller unserer Trübsal.

Gelobt sey Gott und der Vater unseres Herrn Jesu Christi, der uns nach seiner großen Barmherzigkeit wiedergeboren hat zu einer lebendigen Hoffnung durch die Auferstehung Jesu Christi von den Todten, zu einem unvergänglichen, unbefleckten, und unverwelklichen Erbe, welches euch im Himmel aufbewahrt wird.

du pél; svojimu Bogu bom prepéval, dókler sim.

Boshje usmiljenje je, de nisimo konzhani.

Po milosti Boshji sim to, kar sim.

Hvaljen bódi Bog in Ozhe Gospóda nashiga Jesusa Kristusa, Ozhe usmiljenja in Bog vliga povseljenja; ktéri nal povseljuje v' slédnji nashi nadlogi.

Hvaljen bodi Bog in Ozhe Gospóda nashiga Jesusa Kristusa, ktéri nal je savolj svojiga velikiga usmiljenja preródil v' shivo úpanje po vstajenji Jesusa Kristusa od mertvih, v' nestrohljiv in neognusken in nesvenljiv dél, perhranjen vam v' nebélih.

*22. Poterit etiam pro temporis opportunitate, et aegrotantis pio desiderio legere sacrum passionis textum ex uno vel altero evangelista, aut aliquot evangelia de diversis a Christo factis morborum curationibus. v. g.*

*Matthaei cap. 8, v. 5. — 14. Cum introiisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum centurio.*

*Marci cap. 16, v. 14. usque ad finem. Recumbentibus undecim.*

*Lucae cap. 4, v. 38. — 41. Surgens Jesus intravit in domum Simonis.*

*Joannis cap. 5, v. 2. — 10. Est Jerosolymis probatica piscina. vel psalmum 6. Domine, ne in furore tuo arguas me.*

*15. Conserva me, Domine, quoniam speravi in te.*

*19. Exaudiat te Dominus in die tribulationis.*

*85. Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me.*

*90. Qui habitat in adjutorio Altissimi.*

*vel alios e septem psalmis poenitentialibus (pag. 89.).*



**23.** *Studeat autem sacerdos, haec et alia s. scripturae loca sic memoria retinere, ut facile et quasi dictante natura ipsa possit congruentes versiculos aptare moribus, ingenio, aetati, conditioni, sexui, et captui aegroti; quae tamen omnia, ut jam supra dictum est, opportune et moderate fiant, ne nimium fatigetur aegrotus, neque molestia ei inferatur. Caetera, quae hic monere tyrones potissimum presbyteros deberemus, theologia moralis et pastoralis abunde suppeditaverit.*

**24.** *Antequam vero discedat, dicere poterit sacerdos supra infirmum aliquem psalmum ex quatuor prioribus poenitentialibus, ut supra pag. 89., vel psalmum 90.*

Qui habitat in adjutorio Altissimi, \* in protectione Dei coeli commorabitur.

Dicet Domino: Susceptor meus es tu, et refugium meum: \* Deus meus, sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, \* et a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: \* et sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: \* non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, \* ab incursu, et daemone meridiano.

Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis: \* ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: \* et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, spes mea: \* Altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: \* et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandavit de te: \* ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: \* ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis: \* et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum: \* protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, et ego exaudiam eum: \* cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: \* et ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.  
Kyrie eleison. Christe eleison.  
Kyrie eleison. Pater noster &c.



V. Et ne nos inducas in tentationem.  
 R. Sed libera nos a malo.  
 V. Salvum fac servum tuum.  
 R. Deus meus, sperantem in te.  
 V. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.  
 R. Et de Sion tuere eum.  
 V. Nihil proficiat inimicus in eo.  
 R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.  
 V. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.  
 R. A facie inimici.  
 V. Dominus opem ferat illi.  
 R. Super lectum doloris ejus.  
 V. Domine, exaudi orationem meam.  
 R. Et clamor meus ad te veniat.  
 V. Dominus vobiscum.  
 R. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram, ut nos, et hunc famulum tuum, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

Deus, infirmitatis humanae singulare praesidium, auxilii tui super infirmum famulum tuum ostende virtutem: ut ope misericordiae tuae adjutus, ecclesiae tuae sanctae incolumis repraesentari mereatur.

Concede hunc famulum tuum, quaesumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatæ Mariae semper Virginis intercessione a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

25. *Postea benedicens infirmum subjungat dicens:* Benedictio Dei omnipotentis, Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti descendat super te, et maneat semper. R. Amen. *Deinde aspergat eum aqua benedicta.*

26. *Si fuerint plures infirmi in eodem cubiculo vel loco, preces et orationes praedictae dicantur super eos in numero plurali, et super foeminam infirmam in genere foeminino.*

27. *Praedictae preces omnes, vel ex parte, prout tempus et aegrotorum conditio feret, arbitrio sacerdotis dici vel omitti possunt.*



## Modus juvandi morientes.

1. *Ingravescente morbo, parochus infirmum frequentius visitabit, et ad salutem diligenter juvare non desinet: monebitque instante periculo se confestim vocari, ut in tempore praesto sit morienti; sumptoque sanctissimo viatico, et sacra unctione adhibita, si periculum immineat, statim commendationis animae officium praestabit, de quo infra. Sed si tempus suppetat, sequentia pietatis officia praestare poterit, si ita expedire judicaverit, pro conditione personae.*

2. *Ac primo, si aegrotus indulgentiam legitima auctoritate concessam consequi possit, eam illi reducat ad mentem, proponatque, quid ad eam consequendam agi debeat; praesertim, ut contrito corde sanctissimum nomen Jesu semel vel saepius invocet.*

3. *Deinde hortetur infirmum et excitet, ut, dum mente riget, eliciat actus fidei, spei et charitatis, aliarumque virtutum, nempe:*

*Ut firmiter credat omnes articulos fidei, et quidquid sancta romana ecclesia catholica et apostolica credit et docet.*

*Ut speret, Christum Dominum nostrum pro sua immensa clementia sibi fore propitium, et merito ejus sanctissimae passionis, et per intercessionem beatæ Mariae et omnium sanctorum se vitam aeternam consecuturum.*

*Ut toto corde diligit, et maxime diligere cupiat Dominum Deum ea dilectione, qua illum diligunt beati, sanctique omnes.*

*Ut ob amorem Dei doleat ex corde de omni offensa, qualitercumque contra Dominum Deum et proximum commissa.*

*Ut ex corde ob amorem Dei parcat omnibus, qui sibi quoquo modo fuerint molesti aut inimici.*

*Ut ab iis veniam postulet, quos aliquando dictis aut factis offendit.*

*Ut quem patitur dolorem et morbi molestiam, propter Deum in poenitentiam peccatorum suorum patienter toleret.*

*Ut, si Dominus sibi salutem corporis praestare dignabitur, proponat de caetero pro viribus suis a peccatis cavere, et ejus mandata servare.*

4. *Hortetur praeterea, ut eo modo, quo potest, saltem ex corde ita per intervalla precetur:*



Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. *Ps. 50, 3.*

In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum. *Ps. 70, 1.*

In manus tuas (Domine) commendo spiritum meum, redemisti me, Domine Deus veritatis. *Ps. 30, 6.*

Deus, in adjutorium meum intende: Domine, ad adjuvandum me festina. *Ps. 69, 2.*

Esto mihi (Domine) in Deum protectorem. *Ps. 30, 3.*

Deus, propitius esto mihi peccatori. *Luc. 18, 13.*

Jesu, fili David, miserere mei. *Marc. 10, 47.*

Dulcissime Domine Jesu Christe, per virtutem sanctissimae passionis tuae recipe me in numerum electorum tuorum.

Domine Jesu (Christe), suscipe spiritum meum. *Act. Ap. 7, 58.*

Maria, mater gratiae, mater misericordiae, tu me ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

Sancte angele Dei, mihi custos assiste.

Omnes sancti angeli, et omnes sancti, intercedite pro me, et mihi succurrite.

Erbarne dich meiner, o Gott! nach deiner großen Barmherzigkeit.

Auf dich, Herr! hoffe ich, laß mich nicht zu Schanden werden ewiglich.

In deine Hände (o Herr!) empfehle ich meinen Geist: du hast mich erlöst, o Herr! Gott der Wahrheit.

O Gott! habe Acht auf meine Hülfe: Herr, eile mir zu helfen.

O Herr und Gott! du sey mein Beschützer.

Gott! sey mir Sünder gnädig.

Jesu! du Sohn Davids, erbarme dich meiner.

Liebster Herr und Heiland Jesus Christus! durch die Kraft deines heiligen Leidens nimm mich auf in die Zahl deiner Auserwählten.

Usmili se me, o Bog! po svoji velikimilosti.

V' tebe, o Gospód! saúpam, ne bom saframován vékomej.

V' tvoje roke (o Gospód!) isrozhim svojo dušho; ti si me otél, o Gospód! Bog rešnize.

O Bog! híti me otét; Gospód, tēzi mi pomagat.

O Gospod in Bog! bodi ti moj varh.

Bog! bodi milostljiv meni gréshniku. Jesu! Šin Davidov, usmili se me.

Preljubi Gospód in Svelizhar Jesu Kristu! s' mozhjó svojiga prešvética terpljenja me sprejmi v' shtevilo svojih isvoljenih.



Herr Jesu! nimm meinen Geist auf.

Maria, Mutter der Gnade, Mutter der Barmherzigkeit, beschütze mich vor dem Feinde, und in der Stunde des Todes nimm mich auf.

Heiliger Schutzengel, verlaß mich nicht, und beschütze mich.

Alle heiligen Engel, und alle Heiligen Gottes, seyd meine Fürbitter, und stehet mir bey.

Gospód Jesuf! sprejmi mojo dúsho.

Marija, mati mílosti, mati úsmiljenja! ti me varuj sovrashnika, in me sprejmi ob smertni uri.

Švétí Angel boshji, štóž mi na štrani, in varuj me.

Vsi sveti Angeli, in vsi Švetníki, profíte sa-me, in pridite mi na pómozhi.

5. *Haec et his similia poterit prudens sacerdos, vulgari vel latino sermone, pro personae captu, morienti suggerere.*

## Benedictio apostolica

in articulo mortis constitutis impertienda a sacerdote  
ad id delegato.

1. *Benedictio in articulo mortis, cum soleat impertiri post sacramenta poenitentiae, Eucharistiae et extremae unctionis, illis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant, seu verosimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis, impertienda iisdem est, etiamsi postea linguae, caeterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium vel amentiam inciderint. Excommunicatis vero, impenitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda.*

2. *Habens praedictam facultatem, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat:*

Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

Der Friede sey mit diesem Hause.

Ant. Und mit allen, die es bewohnen.

Mir bódi ti híshi.

Odg. In všim, ki v' nji prebivajo.

*Deinde aegrotum, cubiculum et circumstantes aspergat aqua benedicta, dicendo antiphonam: Asperges me Domine hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor: et primum versum psalmi: Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, cum Gloria Patri &c. Sicut erat &c. Deinde repetitur antiphona: Asperges me &c.*



3. *Quod si aegrotus voluerit confiteri, audiat illum et absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus benedictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat atque hortetur, ut morbi incommoda ac dolores in anteactae vitae expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum, quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem poenarum, quas peccando promeruit.*

4. *Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens, fore, ut ex divinae munificentiae largitate eam poenarum remissionem, et vitam sit consecuturus aeternam.*

5. *Postea dicat:*

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit coelum et terram.

*Antiphona.* Ne reminiscaris, Domine, delicta famuli tui (*rel* ancillae tuae), neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Salvum fac servum tuum (*rel* ancillam tuam).

℞. Deus meus, sperantem in te.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum tuum (*rel* ancillam tuam) N., quem (*rel* quam) tibi vera fides et spes christiana commendant. Visita eum (*rel* eam) in salutari tuo, et per Unigeniti tui passionem et mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem, et veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui te judicem propitiatum inveniat, et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.



**6. Tum dicto ab uno ex clericis adstantibus:** Confiteor &c. *sacerdos dicat:* Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducatur te ad vitam aeternam. *R.* Amen. — Indulgentiam †, absolutionem et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. *R.* Amen. *Deinde:*

Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui beato Petro, apostolo suo, dedit potestatem ligandi atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in baptismo recepisti, et ego facultate mihi ab apostolica sede tributa, indulgentiam plenariam, et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Per sacrosancta humanae reparationis mysteria remittat tibi omnipotens Deus omnes praesentis et futurae vitae poenas, paradisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducatur. Amen.

Benedicat te omnipotens Deus, Pater †, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

**7. Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendae, neque praemissarum precum recitandarum tempus suppetat, tunc sacerdos brevi admonitione ad eliciendos actus supra memoratos facta, morienti statim impertiatur benedictionem, incipiens ab illis verbis:** Dominus noster Jesus Christus &c. *ut supra.*

**8. Deinde sequentes preces quanta poterit majori devotione dicat, admoneatque domesticos et circumstantes, ut simul orent pro moriente.**

## Ordo commendationis animae.

**1. Parochus ad decedentis animae commendationem accedens, clericum saltem unum, si potest, vel ministrum secum habeat, qui deferat vasculum aquae benedictae, superpelliceum et stolam violaceam, quibus ipse sacerdos ante infirmi cubiculum (si commode fieri potest) indutus, locum ingrediens dicat:**

Pax huic domui. *R.* Et omnibus habitantibus in ea.

Der Friede sey mit diesem Hause.

Mir bódi ti hifhi.

*Ant.* Und mit allen, die es bewohnen.

*Odg.* In vřim, ki v' nji prebivajo.

*Deinde aspergat aegrotum, lectum et circumstantes aqua benedicta, dicens:* Asperges me Domine hyssopo, et mundabor: lavabis me, et



super nivem dealbabor; *et primum versum psalmi*: Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, *cum* Gloria Patri &c. Sicut erat &c. *deinde repetitur antiphona*: Asperges me &c.

2. *Postea Salvatoris nostri crucifixi imaginem aegrotosculandam praebeat, verbis efficacibus eum ad spem aeternae salutis erigens, ipsamque imaginem coram eo ponat, ut illam aspiciens salutis suae spemumat.*

3. *Deinde accensa candela, genibus flexis cum omnibus circumstantibus breves litanias, in quibus competentī loco inseritur nomen patroni ecclesiae parochialis, et aegrotantis, devote recitet in hunc modum:*

Kyrie eleison &c. *ut supra pag. 80, et postquam ter dixerit: Propitius esto, sic prosequatur:*

Ab ira tua,  
A periculo mortis,  
A mala morte,  
A poenis inferni,  
Ab omni malo,  
A potestate diaboli,  
Per nativitatem tuam,  
Per crucem et passionem tuam,  
Per mortem et sepulturam tuam,  
Per gloriosam resurrectionem  
tuam,

Libera eum (eam) Domine.

Per admirabilem ascensionem  
tuam,  
Per gratiam Spiritus Sancti  
Paracliti,  
In die iudicii,  
Peccatores, Te rogamus, audi nos.  
Ut ei parcas, Te rogamus, audi nos.  
Kyrie eleison.  
Christe eleison.  
Kyrie eleison.

Libera eum  
(eam) Domine.

Von deinem Zorne,  
Von der Gefahr des Todes,  
Vom bösen Tode,  
Von den Strafen der Hölle,  
Von allem Uebel,  
Von der Gewalt des Teufels,  
Durch deine Geburt,  
Durch dein Kreuz und Leiden,  
Durch deinen Tod und dein Be-  
gräbniß,  
Durch deine glorreiche Aufer-  
stehung,

Erlöse ihn (sie) o Herr!

Od tvoje jése,  
Od nevarnosti smerti,  
Od nevrézhne smerti,  
Od shtrafeng peklà,  
Od vsiga hudiga,  
Od oblasti hudizha,  
Škosi tvoje rojstvo,  
Škosi svoj krish in tvoje terpljenje,  
Škosi svojo smert in svoj po-  
kòp,  
Škosi tvoje zhasitljivo vsta-  
jenje,

Réshí ga (jo) o Gospód!



|                                        |                               |                                  |                             |
|----------------------------------------|-------------------------------|----------------------------------|-----------------------------|
| Durch deine wunderbare Himmel-         | } Erlöse ihn (sic)<br>o Herr! | Škosi svoj zhudni vnebohod,      | } Réhi ga (jo)<br>o Gospód! |
| fahrt,                                 |                               | Škosi gnado trofhtarja svetiga   |                             |
| Durch die Gnade des heiligen           |                               | Duhá,                            |                             |
| Geistes des Trösters,                  |                               | V' dan sodbe,                    |                             |
| Am Tage des Gerichtes,                 |                               | Mi greshniki! Próximo te, ušliši |                             |
| Wir arme Sünder! Wir bitten dich,      |                               | naš.                             |                             |
| erhöre uns.                            |                               | De mu (ji) sanesefš, Próximo te, |                             |
| Daß du ihm (ihr) verschonest, Wir bit- |                               | ušliši naš.                      |                             |
| ten dich, erhöre uns.                  |                               | Gospód, ušmili se naš.           |                             |
| Herr, erbarme dich unser.              |                               | Krište, ušmili se naš.           |                             |
| Christe, erbarme dich unser.           |                               | Gospód, ušmili se naš.           |                             |
| Herr, erbarme dich unser.              |                               |                                  |                             |

4. *Deinde cum in agone sui exitus anima anxietur, dicantur sequentes orationes:*

### O r a t i o.

Proficiscere anima christiana de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creavit: in nomine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est: in nomine Spiritus Sancti, qui in te effusus est: in nomine angelorum et archangelorum: in nomine thronorum et dominationum: in nomine principatum et potestatum: in nomine cherubim et seraphim: in nomine patriarcharum et prophetarum: in nomine sanctorum apostolorum et evangelistarum: in nomine sanctorum martyrum et confessorum: in nomine sanctorum monachorum et eremitarum: in nomine sanctarum virginum, et omnium sanctorum et sanctarum Dei: hodie sit in pace locus tuus, et habitatio tua in sancta Sion. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

### O r a t i o.

Deus misericors, Deus clemens, Deus, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata poenitentium deles, et praeteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas: respice propitius super hunc famulum tuum N., et remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renova in eo, piissime Pater, quidquid terrena fragilitate corruptum, vel quidquid diabolica fraude violatum est: et unitati corporis ecclesiae membrum redemptionis annecte. Miserere, Domine, gemituum, miserere lacrymarum



ejus: et non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuæ sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum. *R. Amen. (Super foeminam aegrotam hæc dicantur in genere foeminino.)*

Commendo te omnipotenti Deo, carissime frater, et ei, cujus es creatura, committo: ut cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris, ad Auctorem tuum, qui te de limo terræ formaverat, revertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore, splendidus angelorum coetus occurrat: iudex apostolorum tibi senatus adveniat: candidatorum tibi martyrum triumphator exercitus obviet: liliata rutilantium te confessorum turma circumdet: jubilantium te virginum chorus excipiat: et beatæ quietis in sinu patriarcharum te complexus astringat: mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi jugiter interesse decernat. Ignores omne, quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus satanas cum satellitibus suis: in adventu tuo te comitantibus angelis contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus: et fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus. Sicut deficit fumus, deficient: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei: et justi epulentur, et exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur, et erubescant omnes tartareae legiones, et ministri satanae iter tuum impedire non audeant. Liberet te a cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Liberet te ab æterna morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus, Filius Dei vivi, intra paradisi sui semper amoena virentia, et inter oves suas te verus ille pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat, atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, et præsens semper assistens, manifestissimam beatissimis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter agmina beatorum, contemplationis divinae dulcedine potiaris in saecula saeculorum. *R. Amen.*

### *O r a t i o.*

Suscipe, Domine, servum tuum (*vel ancillam tuam*) (*et sic deinceps*) in locum sperandæ sibi salvationis a misericordia tua. *R. Amen.*

Libera, Domine, animam servi tui ex omnibus periculis inferni, et de laqueis poenarum, et ex omnibus tribulationibus. *R. Amen.*



Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Enoch et Eliam de communi morte mundi. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Noë de diluvio. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Abraham de Ur Chaldaeorum. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Job de passionibus suis. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Isaac de hostia, et de manu patris sui Abrahæ. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Loth de Sodomis, et de flamma ignis. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis regis Aegyptiorum. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Danielelem de lacu leonum. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis, et de manu regis iniqui. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Susannam de falso crimine. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti David de manu regis Saul, et de manu Goliae. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Petrum et Paulum de carceribus. R. Amen.

Et sicut beatissimam Theclam, virginem et martyrem tuam, de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic liberare digneris animam hujus servi tui, et tecum facias in bonis congaudere coelestibus. R. Amen.

### *O r a t i o.*

Commendamus tibi, Domine, animam famuli tui N., precamurque te, Domine Jesu Christe, Salvator mundi, ut propter quam ad terram misericorditer descendisti, patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce, Domine, creaturam tuam, non a diis alienis creatam, sed a te solo Deo vivo et vero: quia non est alius Deus praeter te, et non est secundum opera tua. Laetifica, Domine, animam ejus in conspectu tuo, et ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, et ebrietatum, quas suscitavit furor sive fervor mali desiderii. Licet enim peccaverit, tamen



Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum non negavit, sed credidit, et zelum Dei in se habuit, et Deum, qui fecit omnia, fideliter adoravit.

*O r a t i o.*

Delicta juventutis, et ignorantias ejus, quaesumus, ne memineris, Domine; sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuae. Aperiantur ei coeli, collaetentur illi angeli. In regnum tuum, Domine, servum tuum suscipe. Suscipiat eum sanctus Michaël archangelus Dei, qui militiae coelestis meruit principatum. Veniant illi obviam sancti angeli Dei, et perducant eum in civitatem coelestem Jerusalem. Suscipiat eum beatus Petrus apostolus, cui a Deo claves regni coelestis traditae sunt. Adjuvet eum sanctus Paulus apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Joannes electus Dei apostolus, cui revelata sunt secreta coelestia. Orent pro eo omnes sancti apostoli, quibus a Domino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercedant pro eo omnes sancti et electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc saeculo sustinuerunt: ut vinculis carnis exutus, pervenire mereatur ad gloriam regni coelestis; praestante Domino nostro Jesu Christo: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. *R.* Amen.

*5. Si vero diutius laborat anima, poterit legi super eum, evangelium sancti Joannis Cap. 17.* Sublevatis oculis in coelum Jesus dixit &c., *vel passio Domini nostri Jesu Christi secundum Joannem Cap. 18. et 19.* Egressus est Jesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron &c.

*6. Oratio ad Dominum Jesum Christum de singulis articulis passionis ejus, dicenda a moriente, vel ab alio pro eo.*

*℣.* Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

*℞.* Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Deus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, a Judaeis reprobari, a Juda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annae, Caiphae, Pilati et Herodis indecenter offerri, a falsis testibus accusari, flagellis et opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis caedi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce levari, inter latrones deputari, felle et aceto potari, et lancea vulnerari: Tu, Domine, per has sanctissimas poenas tuas, quas ego



indignus recolo, et per sanctam crucem et mortem tuam, libera me (*vel, si alius dicit pro eo*, libera famulum tuum N.) a poenis inferni, et perducere digneris, quo perduxisti latronem tecum crucifixum: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

*7. Dici praeterea possunt sequentes psalmi, et quidem:*

*Psalmus* 117. Confitemini Domino, quoniam bonus &c.

118. Beati immaculati in via &c.

*8. Tres piae et utiles morientibus orationes, cum tribus* Pater noster *et tribus* Ave Maria, *in agone mortis recitandae.*

*Primo dicitur:* Kyrie eleison: Christe eleison: Kyrie eleison. Pater noster &c. Ave Maria &c.

### *O r a t i o.*

Domine Jesu Christe, per tuam sanctissimam agoniam, et orationem, qua orasti pro nobis in monte Oliveti, quando factus est sudor tuus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram: obsecro te, ut multitudinem sudoris tui sanguinei, quem prae timoris angustia copiosissime pro nobis effudisti, offerre et ostendere digneris Deo Patri omnipotenti contra multitudinem omnium peccatorum hujus famuli tui N., et libera eum in hac hora mortis suae ab omnibus poenis et angustis, quas pro peccatis suis se timet meruisse: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. R. Amen.

*Secundo dicitur:* Kyrie eleison: Christe eleison: Kyrie eleison. Pater noster &c. Ave Maria &c.

### *O r a t i o.*

Domine Jesu Christe, qui pro nobis mori dignatus es in cruce, obsecro te, ut omnes amaritudines passionum et poenarum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in cruce, maxime in illa hora, quando sanctissima anima tua egressa est de sanctissimo corpore tuo, offerre et ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima hujus famuli tui N., et libera eum in hac hora mortis ab omnibus poenis et passionibus, quas pro peccatis suis se timet meruisse: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. R. Amen.

*Tertio dicitur:* Kyrie eleison: Christe eleison: Kyrie eleison. Pater noster &c. Ave Maria &c.



*O r a t i o.*

Domine Jesu Christe, qui per os prophetae dixisti: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans: obsecro te, ut eandem charitatem tuam, quae te de coelis in terram ad tolerandas omnium passionum tuarum amaritudines attraxit, offerre et ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima hujus famuli tui N., et libera eum ab omnibus passionibus et poenis, quas pro peccatis suis timet se meruisse. Et salva animam ejus in hac hora exitus sui. Aperi ei janua vitae, et fac eum gaudere cum sanctis tuis in gloria aeterna. Et tu, piissime Domine Jesu Christe, qui redemisti nos pretiosissimo sanguine tuo, miserere animae hujus famuli tui, et eam introducere digneris ad semper virentia et amoena loca paradisi, ut vivat tibi amore indivisibili, qui a te, et ab electis tuis numquam separari potest: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. R. Amen.

*In expiratione.*

*1. Cum vero tempus expirandi institerit, tunc maxime ab omnibus circumstantibus, flexis genibus, vehementer orationi instandum est. Ipse vero moriens, si potest, dicat, vel, si non potest, assistens, sive sacerdos pro eo clara voce pronuntiet: Jesu, Jesu, Jesu. Quod, et ea, quae sequuntur, ad illius aures, si videbitur, etiam saepius repetat:*

In manus tuas, Domine! commendo spiritum meum.

Domine Jesu Christe! suscipe spiritum meum.

Sancta Maria! ora pro me.

Maria, mater gratiae, mater misericordiae! tu me ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

In deine Hände, o Herr! empfehle ich meinen Geist.

Herr Jesus Christus! nimm auf meinen Geist.

Heilige Maria! bitt für mich.

Maria, Mutter der Gnade, Mutter der Barmherzigkeit, beschütze mich vor dem Feinde, nimm mich auf in der Todesstunde.

V' tvoje roké, o Gospód! isrozhím svojo dušho.

Gospód Jesus Kristus! sprejmi moju dušho.

Šveta Marija! prôsi sa-me.

Marija, mati mílošti, mati usmíljenja, váruj me sovráshnika, in sprejmi me ob smertni uri.



*2. Tunc, ubi riget pia consuetudo, pulsetur campana parochialis ecclesiae aliquibus ictibus, ad significandum fidelibus in urbe vel loco, aut extra in suburbanis existentibus, instantem mortem expirantis aegroti, ut pro eo Deum rogare possint.*

*3. Egressa anima de corpore, statim dicatur:*

R. Subvenite sancti Dei, occurrere angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi.

V. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahae angeli deducant te.

R. Suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi.

V. Requiem aeternam dona ei, Domine, et lux perpetua luceat ei. Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster &c.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Requiem aeternam dona ei, Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam ejus.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui (*vel* famulae tuae) N., ut defunctus (*vel* defuncta) saeculo tibi vivat: et quae per fragilitatem humanae conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Kommet zu Hülfe, Heilige Gottes!  
Kommet ihm entgegen, Engel des Herrn!  
Nehmet diese Seele auf, und bringet  
sie vor das Angesicht des Allerhöchsten.

Dich nehme auf Christus, der dich  
berufen hat, und die Engel wollen dich  
in Abrahams Schoos tragen.

Pridite na pómozh, svetniki boshji!  
Pridite mu naproti, Angeli Gospódovi!  
Sprejmite to dušho, in peljite jo  
pred oblizhje Narvíshiga.

Naj te sprejme Kristul, ktéri te je  
poklizal, in Angeli naj te nesó v'  
Abrahamovo narózhje.



Sie wollen seine (ihre) Seele aufnehmen, und sie vor das Angesicht des Allerhöchsten führen.

Herr! gib ihm (ihr) die ewige Ruhe, und das ewige Licht leuchte ihm (ihr). Führet diese Seele vor das Angesicht des Allerhöchsten.

Herr! erbarme dich unser.

Christe! erbarme dich unser.

Herr! erbarme dich unser.

Vater unser u. s. w.

Und führe uns nicht in Versuchung.

Sondern erlöse uns von dem Uebel.

Herr! gib ihm (ihr) die ewige Ruhe.

Und das ewige Licht leuchte ihm (ihr).

Von der Pforte der Hölle.

Erlöse seine (ihre) Seele, o Herr!

Sie ruhe im Frieden.

Amen.

Herr! erhöhe mein Gebeth.

Und laß mein Rufen zu dir gelangen.

Der Herr sey mit dir.

Und mit deinem Geiste.

Lasset uns bethen.

Dir, o Herr! empfehlen wir nun die Seele deines Dieners (deiner Dienerin) N., auf daß sie der Welt abgestorben dir nun ewig lebe: Tilge durch die Nachsicht deiner überaus barmherzigen Güte die Sünden, die er (sie) durch menschliche Schwachheit in dieser Welt begangen hat. Durch Christum unsern Herrn. Amen.

Oni naj sprejmejo njegovo (njeno) dušho, in peljejo pred oblizhje Narvišhiga.

Gospód! daj mu (ji) vézhni pôkoj, in vezhna luzh naj mu (ji) svéti. Peljite to dušho pred oblizhje Narvišhiga.

Gospód! usmíli se.

Kriste! usmíli se.

Gospód! usmíli se.

Ozhe našh i. t. d.

In naš ne vpelji v' skufhnjavo.

Temuzh réšhi naš od hudiga.

Gospód! daj mu (ji) vézhni pôkoj.

In vezhna luzh naj mu (ji) svéti.

Od vrat peklénskiga bresna.

Réšhi, o Gospód! njegovo (njeno) dušho.

Naj pozhíva v' miru.

Amen.

Gospód! uslíšhi mojo molitev.

In moje vpitje naj do tebe pride.

Gospód s' teboj.

In s' tvojim duham.

Molímo.

Tebi, o Gospód! perporozhimò dušho tvojiga flushábnika (tvoje flushabnize) I., de ker je svétu odmerl (odmerla), tebi shiví; in kar je po zhlovéshki slabosti v' shivljenji greshil (greshila), ti po neskonzhni milosti in dobróti odpústi in isbríshhi. Po Kristusu Gospódu našhim. Amen.



4. *Interim detur (nisi jam ante expirationem, ut supra, datum fuerit) campana signum transitus defuncti pro loci consuetudine, ut audientes pro ejus anima Deum precentur, et sacerdos paucis memoret bene moriendi jube studium.*

5. *Deinde corpus de more honeste compositum, loco decenti cum lumine collocetur, ac parva crux super pectus in manus defuncti ponatur: aut ubi crux desit, manus in modum crucis componantur: interdumque aspergatur aqua benedicta, et interim, donec efferatur pro sepultura, qui adsunt, sive sacerdotes, sive alii, orabunt pro defuncto.*

6. *Sacerdos, aut cujusvis ordinis clericus defunctus, vestibus suis quotidianis communibus usque ad talarem vestem inclusive, tum desuper sacro vestitu sacerdotali vel clericali, quem ordinis sui ratio deposcit, indui debet; sacerdos quidem super talarem vestem amictu, alba, cingulo, manipulo, stola et casula seu planeta violacea sit indutus.*

7. *Diaconus vero induatur amictu, alba, cingulo, manipulo, stola super humerum sinistrum, quae sub axilla dextera annectatur, et dalmatica violacea.*

8. *Subdiaconus autem amictu, alba, cingulo, manipulo et tunica.*

9. *Alii praeterea inferiorum ordinum clerici superpelliceo supra vestem talarem ornari debent; singuli praedicti cum tonsura ac birretis suis.*

10. *Quae post obitum episcopi agenda sunt, caeremoniale episcoporum lib. II. cap. 38. abunde docet.*

---

## De Exequiis.

1. *Sacras caeremonias ac ritus, quibus ex antiquissima traditione et summorum pontificum institutis sancta mater ecclesia catholica in filiorum suorum exequiis uti solet, tamquam vera religionis mysteria, christianaque pietatis signa, et fidelium mortuorum saluberrima suffragia, parochi summo studio servare debent, atque usu retinere.*

2. *His itaque praestandis, qua par est, modestia ac devotione ita se habebunt, ut ad defunctorum salutem, simulque ad vivorum pietatem, quemadmodum vere sunt, non ad quaestum, ejusmodi ritus sancte instituti esse videantur.*



3. *Quod antiquissimi est instituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur, ut missa praesente corpore defuncti, pro eo celebretur, antequam sepulturae tradatur.*

4. *Si quis die festo sit sepeliendus, missa propria pro defunctis, praesente corpore, celebrari poterit, dum tamen conventualis missa et officia divina non impediuntur, magnaue diei celebritas non obstat.*

5. *In sepulturis vitentur quidem sumptus superflui; aliunde tamen fugienda est avaritia, servandusque mos locorum, ritusque antiquissimus, cereos accensos in exequiis et funeribus deferendi, et consulendum honori memoriae mortuorum pro dignitate et facultatibus debito. Quaecumque autem fulserint dignitate, pallia aut alia altaris ornamenta ad ornatum feretri vel tumbae non adhibeantur.*

6. *Si tamen defunctus in sacris fuerit constitutus, super ejus fere-trum clausum, antequam ad ecclesiam et coemeterium deferatur, apponantur insignia ordinis, scilicet pro sacerdote nudus calix sine patena, cum stola violacea, eodem modo extensa, ac si e collo penderet; pro diacono stola item violacea, quasi in transversum a parte sinistra ad dexteram extensa; pro subdiacono manipulus violacei item coloris.*

7. *Caveant omnino parochi, alique sacerdotes, ne sepulturae vel exequiarum, seu anniversarii mortuorum officii causa, quidquam paciscantur, aut tanquam pretium exigant, sed iis eleemosynis contenti sint, quae juribus stolae lege sancitis nituntur.*

8. *Pauperes vero, quibus mortuis nihil, aut ita parum superest, ut propriis impensis humari non possint, gratis omnino sepeliantur, ac debita lumina suis impensis, si opus fuerit, adhibeant sacerdotes, ad quos defuncti cura pertinet.*

9. *Ut nullus omnino de morte relinquatur dubitandi locus, nullo corpus sepeliatur, nisi post debitum temporis intervallum a lege praescriptum; ac si mors fuerit repentina, nonnisi praevia judiciali inspectione cadaveris, et subinde constituto ad illud sepeliendum tempore. Item qui morte violenta moriuntur, v. g. a latronibus aut sicariis etc. percussi, non sepeliantur, quin prius intervenerit dicta judicialis auctoritas.*

10. *Coemeteria, priusquam in eis corpora humentur, benedicta sint oportet, ritu infra posito, sintque muro ad justam altitudinem cincta, et ita clausa, ut pecudes ab ingressu arceantur. In medio cujusque coemeterii posita sit crux alta, decenter semper conservanda.*



11. In coemeteriis sepeliantur corpora ordine legibus praescripto, et extra ordinem nullum corpus sepeliatur, nisi obtenta prius ab eo, cui competit, licentia; habeantque fossae cavatae profunditatem a lege determinatam; at vero, cui locus sepulturae dabitur in proprio sepulchro cuiusdam oratorii aut capellae, humi tantum detur cum pedibus versis ad altare, si fuerit laicus, et capite verso ad altare, si fuerit sacerdos. Cadavera autem prope altare non sepeliantur.

12. Quamvis crucem prope sepulchrum terrae infigere, nihil impediat, imo valde laudabile sit, tamen monumenta lapidea, vel alia in memoriam defunctorum ibidem erigere non licet, nisi muro, quo coemeterium circumdatur, adhaerentia, et obtenta prius ad hujusmodi monumentum erigendum licentia; quare parochi invigilent, ut absque licentia praevie concessa hujusmodi monumenta in coemeteriis non erigantur, neque forma et inscriptio monumenti aliquid contineant, quod christiani hominis memoria indignum esset.

13. Nullum porro cadaver perpetuae sepulturae traditum e proprio sepulchro aut coemeterio exhumetur, ut alio transferatur, sub quocumque praetextu, nisi de licentia ordinarii.

14. Caeterum nemo christianus in communione fidelium defunctus extra coemeterium rite benedictum sepeliri debet; sed si necessitas cogat, ex aliquo eventu aliquando ad tempus aliter fieri, curetur, ut quatenus fieri poterit, corpus in locum sacrum quamprimum transferatur, et interim semper crux capiti illius apponi debet, ad significandum, illum in Christo quieverisse.

## Ordo sepeliendi adultos.

1. Constituto tempore, quo corpus in suo feretro clauso collocatum ad ecclesiam, et dein ad coemeterium deferendum est, convocetur clerus, et alii, qui funeri interesse debent, et in parochialem vel in aliam ecclesiam juxta loci consuetudinem, ordine convenient; ac datis certis campanae signis eo modo et ritu, quo in eo loco fieri solet, parochus indutus superpelliceo et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, clerico vel ministro praeferente crucem, et alio vas aquae benedictae cum aspersorio, thuribulum et naviculam incensi, ad domum defuncti, vel ad locum, ubi jacet corpus, una cum aliis procedit. Distribuantur et accenduntur cerei.



**2.** *Parochus, ubi ad domum defuncti, vel ad locum, ubi jacet corpus, pervenit, ponens incensum in thuribulum, illud benedicit, dicens: Ab illo benedicaris, in cujus honore cremaberis. Deinde aspergit funus aqua benedicta, detecto capite dicens:*

Rore coelesti perfundat animam tuam Deus, Pater †, et Filius, et Spiritus Sanctus. R. Amen; *et thurificat, dicens:*

Odore coelesti pascat animam tuam Deus, Pater †, et Filius, et Spiritus Sanctus. R. Amen.

*Tum adhuc stans ante feretrum, dicit antiphonam: Si iniquitates observaveris; et psalmum 129.*

De profundis clamavi ad te, Domine: \* Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes \* in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Domine: \* Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: \* et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo

ejus: \* speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem \* speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia, \* et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël \* ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem aeternam dona ei, Domine: \* et lux perpetua luceat ei.

*Et repetit antiphonam totam: Si iniquitates observaveris, Domine: Domine, quis sustinebit? Postea aspergit et thurificat funus, ut supra.*

**3.** *Mox ordinatur processio, praecedente ministro cum cruce; tum sequitur clerus regularis et saecularis per ordinem, binique procedunt devote psalmos, ut infra, decantantes, parocho progrediente immediate ante feretrum cum luminibus; inde sequuntur cognati et amici defuncti, aliique funus comitantes, primum viri, dein mulieres, bini et binae, omnes pro defuncto Deum rite deprecantes sub silentio.*

**4.** *Effertur autem funus super humeros per personas pro cujusque loci more ad hoc assumptas; ast laici cadaver, quolibet generis aut dignitatis titulo praeditus ille fuerit, clerici ne deferant, sed laici.*

**5.** *Parochus, dum cadaver effertur, de domo vel a loco, ubi jacebat corpus, procedens, statim gravi voce intonat antiphonam:*





E xul ta bunt Do mi no. E u o u a e.

*et cantores inchoant psalmum 50., clero alternatim prosequente:*

Miserere mei, Deus, \* secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: \* et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: \* et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: \* ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: \* et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti; \* incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: \* lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam, \* et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: \* et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: \*

et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: \* et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: \* et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas; \* et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae: \* et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine, labia mea aperies; \* et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: \* holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: \* cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: \* ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes et holocausta: \* tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem aeternam dona ei, Domine: \* et lux perpetua luceat ei.



*Quodsi neque clerus, neque cantores adessent, omnes antiphonas, psalmos et responsoria vel cum ministro, vel solus ipse parochus lente gravique voce recitabit.*

**6.** *Si longitudo itineris postulaverit, dicuntur psalmi graduales: Ad Dominum cum tribularer, clamavi &c., vel alii psalmi ex officio mortuorum, et in fine cujuslibet psalmi dicitur: Requiem aeternam dona ei, Domine &c., qui psalmi devote, distincte, gravique voce recitari debent usque ad ecclesiam.*

*Dum interea ecclesiae appropinquant, repetitur antiphona:*



Exul ta bunt Do mi no os sa hu mi li a ta.

**7.** *Deinde ecclesiam ingressi cantant sequens responsorium, cantore vel parocho incipiente, et clero alternatim respondente, videlicet:*



R. Sub ve ni te sancti De i, oc cur ri te



an ge li Do mi ni: \* Sus ci pi en tes a ni mam




e jus: \* Of fe rentes e am in con spec tu



Al tis si mi. V. Sus ci pi at te Chri stus ,





qui vo ca vit te, et in sinum Ab ra hae an ge li de

du cant te: \* Sus ci pi en tes. ψ. Re qui em

ae ter nam do na e i, Do mi ne. R. Et lux per pe tu a

lu ce at e i. \* Of fe ren tes.


8. *Deposito feretro in medio ecclesiae, ita ut defuncti pedes, si fuerit laicus, sint versus altare majus; si vero fuerit sacerdos, caput sit versus ipsum altare; et cereis accensis circa corpus, omnes de clero ordinatim in gradu suo, (nisi sit dicendum officium defunctorum, et missa celebranda) accedunt ad feretrum, et cum candelis accensis stant in circuitu feretri; parochus autem facta reverentia altari, sistens se contra crucem ad pedes defuncti, absolute dicit sequentem orationem:*

Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quaesumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei christianae commendat: sed gratia tua illi succurrente, mereatur evadere iudicium ultionis, qui, dum viveret, insignitus est signaculo sanctae Trinitatis. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

*In hac oratione, etsi cadaver sit mulier, aut plures sint defuncti, non licet verba: servo tuo, commutare in: serva tua, vel servis tuis.*


9. *Dein cantore, vel parocho incipiente, clerus circumstans cantat sequens responsorium:*





Rx. Li be ra me, Do mi ne, de mor te ae ter na, in  
di e il la tre men da: \* Quan do coe li mo ven di  
sunt, et ter ra: \* Dum ve ne ris ju di-  
ca re sae cu lum per ig nem. *Ps.* Tre mens fac tus  
sum ego, et ti me o, dum dis cuss i o ve ne rit, atque  
ven tu ra i ra. \* Quan do coe li mo ven di sunt, et  
ter ra. *Ps.* Di es il la, di es i rae, ca la mi ta tis et mi se-  
riae, di es mag na et a ma ra val de. \* Dum ve-






ψ. Re qui em ae ter nam do na e i Do mi ne, et lux per pe tu a



lu ce at e i. R. Li be ra me &c.

*10. Dum cantatur praedictum responsorium, parochus accipit incensum de navicula, et ponit in thuribulum, et finito responsorio cantor vel parochus cum primo choro dicit:*



Ky rie e le i son:

Chri ste e le i son:

*Deinde omnes simul dicunt:*



Ky ri e e le i son.

*11. Mox parochus dicit alta voce: Pater noster &c., et secreto dicitur ab omnibus, et ipse interim accipit aspersorium aquae benedictae, et ter aspergit corpus defuncti; deinde accipit thuribulum, et ter corpus incensat: postea reddito thuribulo ei, a quo acceperat, dicit:*

ψ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

ψ. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam ejus.

ψ. Requiescat in pace.

R. Amen.



℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s .

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui (famulae tuae) N., quam hodie de hoc saeculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a sanctis angelis suscipi, et ad patriam paradisi perducere: ut, quia in te speravit et credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

*Si defunctus fuerit sacerdos, in oratione dicatur: pro anima famuli tui N. sacerdotis, quam hodie &c.*


*12. Finita oratione, corpus defertur, et quidem non amplius super humeros, sed manibus attollitur, et deducitur ad sepulchrum in coemeterio, et dum portatur, cantatur antiphona:*



In pa ra di sum de du cant te an ge li: in tu o ad ven tu sus-



ci pi ant te marty res, et perdu cant te in ci vi ta tem sanc tam



Je ru sa lem. Cho rus an ge lo rum te su sci pi at, et cum



La za ro quon dam pau pe re ae ter nam ha be as re qui em.



**13. Cum autem perventum fuerit ad sepulchrum, cantata antiphona, et corpore defuncti prope sepulchrum humi deposito, sacerdos stans ad sepulchrum, aqua benedicta illud aspergit, dicens:**

Sanctificetur istud sepulchrum in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. R. Amen.

**14. Corpore in sepulchrum demisso, dicit:**

Sume terra, quod tuum est; sumat Christus, quod suum est; caro de terra orta est; spiritus de sursum inspiratus est.

|                                                                                                                                             |                                                                                                                        |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Nimm hin Erde, was dein ist; Christus nehme, was sein ist; das Fleisch ist aus der Erde gebildet; der Geist ist von oben herab eingehaucht. | Vsêmi semlja, kar je tvojiga; naj sprejme Kristuf, kar je njegoviga; mešô je is semlje; duh pak je od sgorej vdihnjen. |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

**Denuo aspergens funus aqua benedicta, dicit:**

Rore coelesti perfundat animam tuam Deus, Pater †, et Filius, et Spiritus Sanctus. R. Amen. **Et thurificat, dicendo:**

Odore coelesti pascat animam tuam Deus, Pater †, et Filius, et Spiritus Sanctus. R. Amen.

**15. Deinde trina vice superiniciat terram super funus, dicens:**

De terra plasmasti eum (eam), ossibus et nervis compegisti eum (eam); Domine! resuscita eum (eam) in novissimo die. Per Jesum Christum Dominum nostrum. R. Amen.

|                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                    |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Aus der Erde hast du ihn (sie) gebildet; seine (ihre) Gebeine und Nerven zusammen gefüget; erwecke ihn (sie), o Herr! am jüngsten Tage. Durch Jesum Christum unsern Herrn. <b>Ant.</b> Amen. | Is peršti si ga (jo) naredil; s' kostmi in kitami si ga (jo) sklênil; obúdi ga (jo), o Gospód! poslednji dan. Po Jesufu Kristufu Gospódu našhim. <b>Odg.</b> Amen. |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

**16. Sepulto corpore, sacerdos stans adhuc prope sepulchrum, dicit:**

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Ÿ. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam ejus.

Ÿ. Requiescat in pace.

R. Amen.



℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Fac, quaesumus Domine, hanc cum servo tuo defuncto (famula tua defuncta) misericordiam, ut factorum suorum in poenis non recipiat vicem, qui (quae) tuam in votis tenuit voluntatem; ut sicut hic eum (eam) vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum (eam) tua miseratione societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Et faciens manu dextera signum crucis super tumulum, sinistra pectori admota, dicit:*

℣. Requiem aeternam dona ei, Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Requiescat in pace.

℟. Amen.

℣. Anima ejus, et animae omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace.

℟. Amen.

*17. Demum pro laudabili more moneat sacerdos circumstantes, ut genuflexi pro hoc defuncto (hac defuncta) et pro reliquis sepultis in hoc coemeterio, nec non pro omnibus fidelibus defunctis orent, dicendo:*

### O r e m u s.

Deus, in cujus miseratione animae fidelium requiescunt, famulis et famulabus tuis omnibus, hic et ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine laentur. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Lasset uns bethen.

O Gott! in dessen Erbarmung die Seelen der Gläubigen ruhen, verleihe gnädig deinen, hier und wo immer in Christo ruhenden Dienern und Dienerinnen Vergebung der Sünden, damit

Molímo.

O Bog! is zhigar usmiljenja dushe vernih pozhivajo, daj svojim flushábnikam in flushábnizam, ktéri v' Kristusu pozhivajo, milesljivo od-pushtanje gréhov, de od vsih pre-



sie von aller Schuld entledigt, mit dir  
sich ewig freuen mögen. Durch densel-  
ben Jesus Christus unsern Herrn. *Ant.*  
Amen.

Sie sollen im Frieden ruhen. *Ant.*  
Amen.

gréh odvesani, s' teboj se bres konza  
veseliti samórejo. Po ravno tistim  
Jesufu Kristufu Gospódu našim. *Odq.*  
Amen.

Naj v' miru pozhivajo. *Odq.* Amen.

*Et dicto conjunctim cum circumstantibus uno: Pater noster &c.  
et Ave Maria &c. aspergit tumulum et circumstantes aqua benedicta,  
et omnes de clero discedunt.*

*18. Quodsi cadaver e domo defuncti ad ecclesiam vel coemete-  
rium efferendum, sed non statim sepeliendum est, quia ex rationabili  
causa differri debet sepultura, observantur et peraguntur omnia, quae  
supra pag. 129. Nro. 1. usque ad Nrum. 11. pag. 135. inclusive prae-  
scribuntur, dictaque oratione: Deus, cui proprium est &c., parochus  
manens in ecclesia ad feretrum, intonet antiphonam:*



*Et dicitur canticum  
Zachariae Luc. 1.*



E go sum.

E u o u a e.

Benedictus Dominus Deus Isra-  
ël, \* quia visitavit, et fecit redemp-  
tionem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis, \*  
in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sancto-  
rum: \* qui a saeculo sunt, pro-  
phetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, \* et  
de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum  
patribus nostris: \* et memorari te-  
stamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad  
Abraham patrem nostrum, \* datu-  
rum se nobis.

Ut sine timore de manu inimi-  
corum nostrorum liberati, \* servi-  
amus illi.

In sanctitate et justitia coram ip-  
so, \* omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi  
vocaberis: \* praeibis enim ante fa-  
ciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi  
ejus: \* in remissionem peccatorum  
eorum.

Per viscera misericordiae Dei no-  
stri, \* in quibus visitavit nos, oriens  
ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris,  
et in umbra mortis sedent: \* ad



dirigendos pedes nostros in viam | Requiem aeternam dona ei, Domine: \* et lux perpetua luceat ei.

*Et repetitur antiphona:*



E go sum re sur rec ti o et vi ta, qui cre dit in me,  
e ti am si mor tu us fu e rit, vi vet: et om nis, qui vi vit,  
et cre dit in me, non mo ri e tur in ae ter num.

*Postea sacerdos dicit:* Kyrie eleison: Christe eleison: Kyrie eleison. Pater noster &c.

*Interim corpus aspergit et thurificat, et prosequitur preces, ut supra pag. 137. Nro. 16., et cum dixerit:* Anima ejus, et animae omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace; *discedit ad sacristiam, cadaver autem transfertur ad capellam seu depositorium coemeterii cum lumine ardente ibi asserrandum, donec perpetuae sepulturae tradi possit.*

**19.** *Quando corpus defuncti alio pro sepultura transferendum est, omnia fiunt, ut supra pag. 129. Nro. 1. usque ad Nrum. 11. pag. 135. inclusive; dicta autem oratione:* Deus, cui proprium est &c. *parochus vel sacerdos, qui funus deducit, producens manu dextera signum crucis super feretrum, sinistra pectori admota, dicat:*

℣. Requiem aeternam dona ei, Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Requiescat in pace.

℟. Amen.



*Et his dictis, sacerdoti funus ad locum, quo transferendum est, associanti, ut decet, illud tradat, qui corpus recipit, et in itinere psalmos, ut supra pag. 131. Nro. 5. et 6. recitat. Cum autem pervenerit ad ecclesiam loci, ubi sepeliendum est corpus, parochus ejusdem loci, stans ante valvas ecclesiae cum ministris, cruce, aliisque rebus ad exequias celebrandas requisitis, recipit corpus, ac primum aspergit aqua benedicta et thurificat, tum ecclesiam ingrediens sequente funere reassumit ritum sepulturae a responsorio: Subvenite sancti Dei &c., ut supra pag. 132. Nro. 7., quo cantato dicit orationem: Non intres in judicium &c., ut supra pag. 133. Nro. 8., et prosequitur officium, ut ibi, usque ad Nrum. 17. pag. 138. inclusive.*

*20. Quodsi corpus defuncti non in coemeterio sepeliendum, sed in sepulchrum proprium cujusdam familiae nondum benedictum ponendum est, sacerdos, cum ad sepulchrum, ut supra pag. 137. Nro. 13. pervenerit, illud benedicat, dicens hanc orationem:*

#### O r e m u s.

Deus, cujus miseratione animae fidelium requiescunt, hunc tumulum benedicere dignare, eique angelum tuum sanctum deputa custodem; et quorum quarumque corpora hic sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum, ut in te semper cum sanctis tuis sine fine laetentur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Dicta oratione, vel dicto, si sepulchrum jam est benedictum: Sanctificetur &c. ut supra Nro. 13., sacerdos aqua benedicta aspergat, deinde incenset corpus defuncti et tumulum, et omissis eis, quae supra pag. 137. Nro. 14. et 15. posita sunt, statim dicat: Kyrie eleison &c. ut supra pag. 137. Nro. 16. et 17.*

*21. Omnibus peractis, parochus actum sepulturae in libro mortuorum ad praescriptam formam accurate describat.*

*22. Ignorare quidem non debet parochus, hanc ecclesiasticam sepulturam juxta sacrorum canonum decreta negandam esse paganis, judaeis et omnibus infidelibus, haereticis et eorum fautoribus, apostatis a christiana fide, schismaticis, et publicis excommunicatis majori excommunicatione, interdictis nominatim, et iis, qui sunt in loco inter-*



dicto, eo durante: item seipsos occidentibus ob desperationem vel iracundiam (non tamen si ex insania id accadat), nisi ante mortem dederint signa poenitentiae: morientibus in duello, etiamsi ante obitum dederint poenitentiae signa: manifestis et publicis peccatoribus, qui sine poenitentia perierunt: et iis, de quibus publice constat, quod semel in anno non susceperint sacramenta confessionis et communionis in pascha, et absque ullo signo contritionis obierunt: cum tamen haec ecclesiastica sepultura in certis praecipue casibus raro sine magna turbatione negetur in externa communione ecclesiae defunctis, cumque in hac materia oriri soleant quaestiones et dubitationes frequentissimae, etiam ipse parochus haud facilis esse debet ad negandam suis parochianis sepulturam ecclesiasticam, sed re semper diligenter pervestigata, casum, praecipue si in eo dubium occurrerit, genuine exponens, prius recurrat ad ordinarium, ejusque consilium, seu decretum exspectet.

## Ordo servandus,

quando funus praeviis vigiliis et solemni defunctorum officio sepeliendum est.

*1. Ordo deducendi funus observatur, ut supra pag. 129. a Nro. 1. usque ad pag. 132. Nro. 7. inclusive; sed feretro, ut supra pag. 133. Nro. 8., in medio ecclesiae ita deposito, ut defuncti pedes, si fuerit laicus, sint versus altare majus; si vero fuerit sacerdos, caput sit versus ipsum altare, et cereis accensis circa corpus, statim dicitur officium defunctorum cum tribus nocturnis et laudibus, ut infra ponitur, et duo e clero incipiant absolute invitatorium:*

Regem, cui omnia vivunt, venite adoremus: *et repetitur a clero:*

Regem, cui omnia vivunt &c. *Psalmus:* Venite, exultemus &c. *et duplicantur antiphonae.*

*2. Ad finem officii post antiphonam cantici:* Benedictus &c. Ego sum resurrectio; *dicatur:* Pater noster. *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. A porta inferi.

℞. Erue, Domine, animam ejus.



℣. Requiescat in pace.

℟. Amen.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Absolve, quaesumus, Domine, animam famuli tui (famulae tuae) ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos et electos tuos resuscitatus (resuscitata) respiret. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*3. Quodsi corpus defuncti mane sepeliendum est, sacerdos, dum in officio dicuntur laudes, cum ministris paratur ad celebrandam missam solemnem pro defuncto, si tempus congruens fuerit, ut in die depositionis in missali romano.*

*4. Finita missa, sacerdos deposita casula, seu planeta, et manipulo, accipit pluviale nigri coloris, et subdiaconus accipit crucem, et accedit ad feretrum, et se sistit ad caput defuncti cum cruce medius inter duos acolythos seu ceroferarios cum candelabris et candelis accensis: et omnes alii de clero veniunt ordinatim in gradu suo cum candelis accensis, et stant in circuitu feretri: tum sequitur sacerdos cum diacono ei assistente, aliisque ministris, et facta reverentia altari, sistit se contra crucem ad pedes defuncti, retro astantibus ei a sinistris duobus acolythis vel ministris, uno cumthuribulo et navicula incensi, altero cum vase aquae benedictae et aspersorio; et acolytho seu alio ministro tenente librum, absolute dicit orationem:*

Non intres in iudicium cum servo tuo &c. ut supra pag. 133.

*Nro. 8.*

*5. Deinde cantore incipiente, clerus circumstans cantat responsorium: Libera me Domine &c., ut supra pag. 134. Nro. 9.*

*6. Dum cantatur praedictum responsorium, sacerdos acolytho et diacono ministrante accipit incensum de navicula, et ponit inthuribulum, et finito responsorio cantor cum primo choro dicit: Kyrie eleison: Et secundus chorus respondet: Christe eleison: Deinde omnes simul dicunt: Kyrie eleison. ut supra pag. 135. Nro. 10.*

*7. Mox sacerdos dicit alta voce Pater noster. et secreto dicitur*



*ab omnibus; et ipse interim accipit a diacono vel acolytho aspersorium aquae benedictae, et facta profunda inclinatione cruci, quae est ex adverso, diacono seu ministro genuflectente, et fimbriam pluvialis sublevante, circumiens feretrum (si transit ante sacramentum, genuflectit) aspergit corpus defuncti ter a parte dextera, et ter a parte sinistra, deinde reversus ad locum suum diacono ministrante accipit thuribulum, et eodem modo circuit feretrum, et corpus incensat, ut asperserat; postea reddito thuribulo ei, a quo acceperat, stans in loco suo, acolytho seu alio ministro tenente librum apertum ante se, dicat alta voce:*

*ψ. Et ne nos inducas in tentationem, &c. ut supra pag. 135. Nro. 11., dicendo tamen in oratione, si defunctus fuerit Episcopus: pro anima famuli tui N. Episcopi. Dein fiunt reliqua, ut supra Nro. 12. usque ad pag. 138. Nro. 17. inclusive.*

*8. Si vero ob rationabilem causam praedictum officium mortuorum cum tribus nocturnis et laudibus dici non potest, deposito in ecclesia feretro cum corpore, dicatur saltem primum nocturnum cum laudibus, maxime ubi ejusmodi riget consuetudo, incipiendo ab invitatorio: Regem, cui omnia vivunt, venite &c., et postea omnia alia dicantur, quae supra praescripta sunt dicenda post officium mortuorum et missam.*

*9. Missa vero, si hora fuerit congruens, ritu pro defunctis, ut in die obitus, praesente corpore non omittatur, nisi obstet magna diei solemnitas, aut aliqua necessitas aliter suadeat; et post missam fiat ut supra.*

*10. Quodsi corpus tamen extra missam, vel a prandio sepeliatur, immediate post supradictam orationem: Absolve, quaesumus, Domine, animam famuli tui &c., statim omnes accedant ad feretrum, ut supra pag. 143. Nro. 4., et parochus dicta oratione: Non intres in judicium cum servo tuo, Domine &c. prosequatur omnes reliquas preces, ut ibi.*

*11. Curam gerant decani rurales, ut corpora sacerdotum, qui in districtu decanali moriuntur, solemni semper, quoad fieri potest, defunctorum officio et missa praesente corpore celebrata sepeliantur, et plures e clero decanali vicino, fraterna charitate ducti, ad comitandum funus et celebrandas exequias conveniant, quin hujus officii causa quidquam exigant, vel alii immodici sumptus pro hujusmodi funere, praesertim si defunctus exiguas facultates relinquat, impendantur.*



*Praeterea ordinamus, ut ruri demortuo aliquo parochio, vicario, capellano, cooperatore, aut alio sacerdote, decanus ruralis, aut eo absente vel impedito, senior in decanatu parochus, ipso autem decano defuncto, decanus vicinior funus deducat, et exequias, ut supra, peragat, nisi alia dispositio defuncti, quam observari volumus, adsit.*

## Officium defunctorum.

*Dicitur in choro in die depositionis, et aliis diebus, pro temporis opportunitate, et ecclesiarum consuetudine, ut supra dictum est.*

*In die vero depositionis, et tertio, septimo, trigesimo et anniversario, necnon in die commemorationis omnium fidelium defunctorum duplicantur antiphonae, et in fine psalmorum dicitur: Requiem aeternam dona eis, Domine; et lux perpetua luceat eis; etiamsi pro uno tantum fiat officium.*

**Ad Vesperas.**

*Absolute incipitur ab antiphona:*



*Antiphona.* Pla ce bo Do mi no. E u o u a e.

*Psalmus 114.*

**Dilexi, quoniam exaudiet Domi-  
nus \* vocem orationis meae.**

Quia inclinavit aurem suam mihi, \*  
et in diebus meis invocabo.

Circumdederunt me dolores mor-  
tis, \* et pericula inferni invenerunt  
me.

Tribulationem et dolorem inveni, \* et nomen Domini invocavi.

**O Domine, libera animam me-**  
**am, \* misericors Dominus et justus,**  
**et Deus noster miseretur.**

Custodiens parvulos Dominus: \*  
humiliatus sum, et liberavit me.

Convertere anima mea in requiem  
tuam, \* quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte, \* oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu.

Placebo Domino \* in regione vi-  
vorum.

Requiem aeternam \* dona eis  
Domine.

Et lux perpetua \* luceat eis.





*Antiphona.* Pla ce bo Do mi no in re gi o ne vi vo rum.



*Antiphona.* He i mi hi. E u o u a e.

*Psalmus 119.*

Ad Dominum cum tribularer clamaui, \* et exaudivit me.

Domine, libera animam meam a labiis iniquis, \* et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi \* ad linguam dolosam?

Sagittae potentis acutae \* cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: \* multum incolatus fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus, \* cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* He i mi hi Do mi ne, qui a in co la tus me us



pro lon ga tus est. *Antiphona.* Do mi nus. E u o u a e.

*Psalmus 120.*

Levavi oculos meos in montes, \* unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, \* qui fecit coelum et terram.

Non det in commotionem pedem

tuum, \* neque dormitet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, \* qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus



protectio tua, \* super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, \* neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo, \* custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum, \* ex hoc nunc et usque in saeculum.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.




*Antiphona.* Do mi nus cu sto dit te ab om ni ma lo: cu sto di at



a ni mam tu am Do mi nus.

*Antiphona.* Si i ni qui ta tes.



E u o u a e.

*Psalmus 129.*

De profundis clamavi ad te, Domine, \* Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes \* in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Domine, \* Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est, \* et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo

ejus, \* speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, \* speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia, \* et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël: \* ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* Si i ni qui ta tes ob ser va ve ris, Do mi ne: Do mi-





ne, quis su sti ne bit? *Antiphona.* O pe ra. E u o u a e.

*Psalmus 137.*

Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, \* quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu angelorum psallam tibi, \* adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua et veritate tua, \* quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me: \* multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terrae, \* quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini, \* quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit, \* et alta a longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me, \* et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me, \* Domine, misericordia tua in saeculum; opera manuum tuarum ne despicias.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* O pe ra ma nu um tu a rum Do mi ne, ne de spi ci as.



℣. Au di vi vo cem de coe lo di cen tem mi hi. ℞. Be a ti mor-



tu i, qui in Do mi no mo ri un tur.



*Ad Magnificat, Antiphona.*

Om ne. E u o u a e.

*Canticum B. Mariae Virginis. Luc. 1.*

Magnificat \* anima mea Dominum. |  
Et exultavit spiritus meus \* in  
Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancil-  
lae suae: \* ecce enim ex hoc be-  
atam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui po-  
tens est; \* et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie  
in progenies \* timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: \*  
dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: \* et  
exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis: \* et di-  
vites dimisit inanes.

Suscepit Israël puerum suum, \*  
recordatus misericordiae suae.

Sicut locutus est ad patres no-  
stros, \* Abraham, et semini ejus  
in saecula.

Requiem aeternam &c..

Et lux perpetua &c.

*Antiphona.* Om ne, quod dat mi hi Pa ter, ad me ve-

ni et: et e um, qui ve nit ad me, non e ji ci am fo ras.

*Sequentes preces dicuntur flexis genibus, similiter et ad laudes.*Pater noster. *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

*Psalmus 145. (\*)*

Lauda anima mea Dominum, lau-  
dabo Dominum in vita mea: \* psal-  
lam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus, \*  
in filiis hominum, in quibus non  
est salus.

(\*) Hic psalmus omittitur in die obitus, seu depositionis defuncti, et in die commemorationis omnium fide-  
lium defunctorum; et statim dicitur ℣. A porta inferi &c. ut infra.



Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam: \* in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius, \* qui fecit coelum et terram, mare et omnia, quae in eis sunt.

Qui custodit veritatem in saeculum, facit judicium injuriis patientibus, \* dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos, \* Dominus illuminat coecos.

Dominus erigit elisos, \* Dominus diligit justos.

Dominus custodit advenas, pu-

illum et viduam suscipiet, \* et vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus in saecula, Deus tuus, Sion, \* in generationem et generationem.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.

℣. A porta inferi.

℞. Erue, Domine, animam ejus.

℣. Requiescat in pace. ℞. Amen.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r a t i o n e s.

#### *In die depositionis defuncti.*

#### O r e m u s.

Absolve, quaesumus Domine, animam famuli tui (*vel* famulae tuae) N., ut defunctus (*vel* defuncta) saeculo tibi vivat: et peccata, quae per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

#### *vel*

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere; te supplices exoramus pro anima famuli tui (*vel* famulae tuae) N., quam hodie de hoc saeculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem; sed jubeas eam a sanctis angelis suscipi, et ad patriam paradisi perducere; ut quia in te speravit, et credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia aeterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

#### *In die tertio, septimo et trigesimo depositionis defuncti.*

#### O r e m u s.

Quaesumus Domine, ut animae famuli tui (*vel* famulae tuae) N., cujus depositionis diem tertium (*vel* septimum) (*vel* trigesimum) commemoramus, sanctorum, atque electorum tuorum largiri digneris con-



sortium: et rorem misericordiae tuae perennem infundas. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*In anniversario.*

O r e m u s.

Deus indulgentiarum, Domine, da animae famuli tui (*vel* familiae tuae) (*vel* animabus famulorum, famularumque tuarum), cujus (*vel* quorum *vel* quarum) anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Aliae orationes diversae pro defunctis.*

*Pro summo Pontifice defuncto.*

O r e m u s.

Deus, qui inter summos sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: praesta quaesumus; ut qui unigeniti Filii tui vices in terris gerebat, sanctorum tuorum Pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Pro defuncto Episcopo.*

O r e m u s.

Deus, qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum N. pontificali fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Si fuerint plures, oratio et versus dicantur in numero plurali.*

*Pro Episcopo Cardinali defuncto dicatur:* famulum tuum N. Episcopum Cardinalem pontificali fecisti dignitate, &c.

*Pro Presbytero Cardinali dicatur:* famulum tuum N. Presbyterum Cardinalem sacerdotali fecisti, &c.

*Pro Diacono autem Cardinali dicitur oratio:* Inclina, Domine, quae habetur paulo infra, hoc modo: ut animam famuli tui N. Diaconi Cardinalis, quam, &c.

*Pro defuncto Sacerdote.*

O r e m u s.

Deus, qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum N. sacer-



dotali fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen. *rel*

Praesta, quaesumus Domine, ut anima famuli tui N. sacerdotis, quem in hoc saeculo commorantem, sacris muneribus decorasti, in coelesti sede gloriosa semper exultet. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Pro uno defuncto.*

O r e m u s.

Inclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui N., quam de hoc saeculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Pro una defuncta.*

O r e m u s.

Quaesumus Domine, pro tua pietate miserere animae famulae tuae N., et a contagiis mortalitatis exutam, in aeternae salvationis partem restitue. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Pro defunctis fratribus, propinquis et benefactoribus.*

O r e m u s.

Deus, veniae largitor et humanae salutis amator: quaesumus clementiam tuam; ut nostrae congregationis fratres, propinquos et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt; beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Pro fidelibus defunctis, generalis oratio.*

O r e m u s.

Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen. *In die vero commemorationis omnium fidelium defunctorum, quando dicitur haec ultima tantum oratio, sic concluditur:* Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.



*Dicta oratione officio congruente, mox dicitur, et quidem in numero plurali, etiamsi pro uno tantum fiat officium:*

℣. Requiem aeternam dona eis, Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

*Item reliqua in toto officio non mutantur, sed eo pacto, quo jacent, recitantur.*

## Ad Matutinum.


### *Invitatorium.*



Re gem, cu i om ni a vi vunt, \* V eni te, ad o re mus.

*Chorus repetit:* Regem, &c.

### *Psalmus 94.*



V eni te, e xul te mus Do mi no, ju bi le mus De o sa lu



ta ri no stro: prae oc cu pe mus fa ci em e jus in con fes



si o ne, et in psal mis ju bi le mus e i. Re gem.



Quo ni am De us mag nus Do mi nus, et rex mag nus su per





om nes de os: quo ni am non re pel let Do mi nus ple bem



su am, qui a in ma nu e jus sunt om nes fi nes ter rae,




et al ti tu di nes mon ti um ip se con spi cit. **Ve ni te.**



**Q**uo ni am ip si us est ma re, et ip se fe cit il lud, et a ri-




dam fun da ve runt ma nus e jus: ve ni te ad o re mus, et



pro ci da mus an te De um; plo re mus co ram Do mi no, qui



fe cit nos, qui a ip se est Do mi nus De us no ster: nos au-



tem po pu lus e jus, et o ves pa scu ae e jus. **Re gem.**





**H** o di e, si vo cem e jus au di e ri tis, no li te ob du ra re



cor da ve stra, si cut in ex a cer ba ti o ne se cun dum di em



ten ta ti o nis in de ser to: u bi ten ta ve runt me pa tres ve-



stri, pro ba ve runt, et vi de runt o pe ra me a.



**V**e ni te.

**Q**ua dra gin ta an nis pro xi mus fu i ge ne-



ra ti o ni hu ic, et di xi: Sem per hi er rant cor de: ip si



ve ro non cog no ve runt vi as me as, qui bus ju ra vi in i ra



me a, si in tro i bunt in re qui em me am.

**R**e gem.






Re qui em ae ter nam do na e is, Do mi ne: et lux per pe-  
 tu a lu ce at e is. Ve ni te. Re gem, cu i  
 om ni a vi vunt, ve ni te ad o re mus.

*Hoc invitatorium dicitur tantum in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, ac in die obitus seu depositionis defuncti, et quodcumque tres infrascripti nocturni (sicut his antefatis diebus) dicuntur: neque omittitur in depositione cadaveris, etiamsi (ut supra pag. 144. Nr. 8.) non integrum officium, sed primum solummodo nocturnum cum laudibus recitetur.*

*Aliis temporibus, quibus tantum unum nocturnum cum laudibus dicitur, recitatur hoc ordine: feria II. et V. primum, feria III. et VI. secundum, feria IV. et sabbato tertium nocturnum cum tribus lectionibus, et postea ad laudes, ut infra pag. 178.*

### In primo nocturno.



*Antiphona.* Di ri ge. E u o u a e.

### *Psalmus 5.*

Verba mea auribus percipe, Domine, \* intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meae, \* rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo, \* Domine, mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, et videbo, \* quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus, \* neque permanebunt iniqui ante oculos tuos.



Odisti omnes, qui operantur iniquitatem; \* perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus, \* ego autem in multitudine misericordiae tuae.

Introibo in domum tuam, \* adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine, deduc me in justitia tua, \* propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas, \* cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eo-

rum, linguis suis dolose agebant: \* judica illos, Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, \* quoniam irritaverunt te, Domine.

Et laetentur omnes, qui sperant in te: \* in aeternum exultabunt, et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, \* quoniam tu benedices justo.


Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae, \* coronasti nos.

Requiem aeternam &c.


Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* Di ri ge, Do mi ne De us me us, in con spec tu



tu o vi am me am.



*Antiphona.* Con ver te re, Do mi ne. E u o u a e.

### *Psalmus 6.*

Domine, ne in furore tuo arguas me, \* neque in ira tua corripas me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum, \* sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: \* sed tu, Domine, usquequo?

Convertere, Domine, et eripe animam meam, \* salvum me fac propter misericordiam tuam.



Quoniam non est in morte, qui memor sit tui, \* in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, \* lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus, \* inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes, qui ope-

ramini iniquitatem, \* quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam, \* Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: \* convertantur, et erubescant valde velociter.

Requiem aeternam &c.


Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* Con ver te re, Do mi ne, et e ri pe a ni mam me am:



quo ni am non est in mor te, qui me mor sit tu i.



*Antiphona.* Ne quan do. E u o u a e.

*Psalmus 7.*

Domine, Deus meus, in te speravi: \* saluum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me.

Ne quando rapiat, ut leo, animam meam, \* dum non est, qui redimat, neque qui saluum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud, \* si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuētibus mihi mala, \* decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, et conculcet in terra vitam meam, \* et gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge, Domine, in ira tua, \* et exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge, Domine Deus meus, in praecepto, quod mandasti, \* et synagoga populorum circumdabit te.



Et propter hanc in altum regre-  
dere, \* Dominus judicat populos.

Judica me, Domine, secundum  
justitiam meam, \* et secundum in-  
nocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum,  
et diriges justum, \* scrutans corda  
et renes Deus.

Justum adjutorium meum a Do-  
mino, \* qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex justus, fortis, et pa-  
tiens, \* numquid irascitur per sin-  
gulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium  
suum vibrabit, \* arcum suum te-  
tendit, et paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis, \*  
sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injustitiam, \* con-  
cepit dolorem, et peperit iniquita-  
tem.


Lacum aperuit, et effodit eum, \*  
et incidit in foveam, quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput  
ejus, \* et in verticem ipsius ini-  
quitas ejus descendet.

Confitebor Domino secundum ju-  
stitiam ejus, \* et psallam nomini  
Domini Altissimi.

Requiem aeternam &c.


Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* Ne quan do ra pi at, ut le o, a ni mam me am, dum



non est, qui re di mat, ne que qui sal vum fa ci at.



✠. A por ta in fe ri. ✠. E ru e, Do mi ne, a ni mas e o rum.

Pater noster. *totum secreto.*

*Lectiones leguntur sine absolute, benedictionibus, et titulo.*

*Lectio I.*

*Job 7. cap.*

Parce mihi, Domine; nihil enim sunt dies mei. Quid est homo,  
quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas




eum diluculo, et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihi metipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum, et quare non auferis iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam; et si mane me quaesieris, non subsistam.

*Lectiones terminantur sine, Tu autem &c., vel alia conclusione.*



**R.** Cre do, quod re demp tor me us vi vit,



et in no vis si mo di e de ter ra sur-



rec tu rus sum: \* **E**t in car ne me a



vi de bo De um sal va to rem



me um. **V.** Quem vi su rus sum e go ip se,






et non a li us, et o cu li me i con spec-




*Lectio II.**Job 10. cap.*

Taedet animam meam vitae meae, dimittam adversum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animae meae. Dicam Deo: Noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita judices? Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves? Numquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, et tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora, ut quaeras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris? Et scias, quia nihil impium fecerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit erui.





*Lectio III.**Job 10. cap.*

Manus tuae fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu, et sic repente praecipitas me? Memento, quaeso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me, ossibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.





co: dum ve ne ris ju di ca re, no li me con dem-  
na re. **Qui** a. **Re** qui em  
ae ter nam do na e is, Do mi ne: et lux per pe-  
tu a lu ce at e is.  
**Qui** a.

## In secundo nocturno.

**Antiphona.** In lo co pas cu ae. E u o u a e.

**Psalmus 22.**

Dominus regit me, et nihil mihi deerit, \* in loco pascuae ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me, \* animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiae, \* propter nomen suum.

Nam et si ambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, \* quoniam tu mecum es.



Virga tua et baculus tuus, \* ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mentem, \* adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum, \* et calix meus inebrians quam praeclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me \* omnibus diebus vitae meae.

Et ut inhabitem in domo Domini \* in longitudinem dierum.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* In lo co pas cu ae i bi me col lo ca vit.



*Antiphona.* De lic ta. E u o u a e.

### *Psalmus 24.*

Ad te, Domine, levavi animam meam, \* Deus meus, in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei: \* etenim universi, qui sustinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes \* supervacue.

Vias tuas, Domine, demonstra mihi, \* et semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce me, \* quia tu es Deus salvator meus, et te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum, Domine, \* et misericordiarum tuarum, quae a saeculo sunt.

Delicta juventutis meae, \* et ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam

memento mei tu, \* propter bonitatem tuam, Domine.

Dulcis et rectus Dominus, \* propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio, \* docebit mites vias suas.

Universae viae Domini misericordia et veritas, \* requirentibus testamentum ejus et testimonia ejus.

Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo: \* multum est enim.

Quis est homo, qui timet Dominum? \* legem statuit ei in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur, \* et semen ejus haereditabit terram.



Firmamentum est Dominus timen-  
tibus eum, \* et testamentum ipsius,  
ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum, \*  
quoniam ipse evellet de laqueo pe-  
des meos.

Respice in me, et miserere mei, \*  
quia unicus et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multi-  
plicatae sunt: \* de necessitatibus  
meis erue me.

Vide humilitatem meam, et labo-  
rem meum, \* et dimitte universa de-  
licta mea.

Respice inimicos meos, quoniam  
multiplicati sunt, \* et odio iniquo  
oderunt me.


Custodi animam meam, et erue  
me, \* non erubescam, quoniam spe-  
ravi in te.

Innocentes et recti adhaeserunt  
mihi, \* quia sustinui te.

Libera, Deus, Israël \* ex omni-  
bus tribulationibus suis.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* De lic ta ju ven tu tis me ae, et i gno ran ti as



me as ne me mi ne ris, Do mi ne.



*Antiphona.* Cre do vi de re. E u o u a e.

### *Psalmus 26.*

Dominus illuminatio mea et salus  
mea; \* quem timebo?

Dominus protector vitae meae; \*  
a quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocen-  
tes, \* ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, \*  
ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistent adversum me ca-  
stra, \* non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me prae-  
lium, \* in hoc ego sperabo.



Unam petii a Domino, hanc requiram, \* ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae.

Ut videam voluptatem Domini, \* et visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, \* in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me, \* et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: \* cantabo, et psalmum dicam Domino.

Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamavi ad te: \* miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea, \* faciem tuam, Domine, requiram.

Ne avertas faciem tuam a me, \* ne declines in ira a servo tuo.

Adjutor meus esto, \* ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me; \* Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi, Domine, in via tua, \* et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me; \* quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini \* in terra viventium.

Expecta Dominum, viriliter age, \* et confortetur cor tuum, et sustine Dominum.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* Cre do vi de re bo na Do mi ni in ter ra vi-



ven ti um. *V.* Col lo cet e os Do mi nus cum prin ci pi bus.



*R.* Cum prin ci pi bus po pu li su i.



Pater noster. *totum secreto.*

*Lectio IV.*

*Job 13. cap.*

Responde mihi: Quantas habeo iniquitates et peccata, scelera mea et delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum? Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiae meae. Posuisti in nervo pedem meum, et observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum, quod comeditur a tineas.

R. Me men to me i De us, qui a ven tus est vi-  
ta me a. \* Nec as pi ci at me vi sus  
ho mi nis. V. De pro fun dis cla ma vi ad te,  
Do mi ne, Do mi ne, ex au di vo cem me-  
am. Nec a spi ci at.

*Lectio V.*

*Job 14. cap.*

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra,



et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super hujusmodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est: constituisti terminos ejus, qui praeteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii, dies ejus.



**R.** He i mi hi, Do mi ne, qui a pec ca vi ni mis



in vi ta me a. Quid fa ci am mi ser?




u bi fu gi am, ni si ad te, De us me-



us? \* **M**i se re re me i, dum ve ne ris in no-




vis si mo di e. **V.** A ni ma me a tur ba ta




est val de, sed tu, Do mi ne, suc cur re e-



*Lectio VI.**Job 14. cap.*

Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putasne, mortuus homo rursus vivat? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.





em ae ter nam do na e is, Do mi ne: et lux

per pe tu a lu ce at e is. **Dum**

ve ne ris.

### In tertio nocturno.

*Antiphona.* Com pla ce at. E u o u a e.

### *Psalmus 39.*

Expectans expectavi Dominum,\* et intendit mihi.

Et exaudivit preces meas: \* et eduxit me de lacu miseriae, et de luto faecis.

Et statuit super petram pedes meos, \* et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum, \* carmen Deo nostro.

Videbunt multi, et timebunt, \* et sperabunt in Domino.

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus, \* et non respexit in vanitates et insanias falsas.

Multa fecisti tu, Domine Deus

meus, mirabilia tua; \* et cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi.

Annuntiavi, et locutus sum: \* multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium et oblationem nolui; \* aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti; \* tunc dixi: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: \* Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna: \* ecce labia mea non prohibebo; Domine, tu scisti.



Justitiam tuam non abscondi in corde meo: \* veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam \* a concilio multo.

Tu autem, Domine, ne longe facias miserationes tuas a me, \* misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus; \* comprehenderunt me iniquitates meae, et non potui, ut viderem.

Multiplicatae sunt super capillos capitis mei, \* et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi, Domine, ut eruas me, \* Domine, ad adjuvandum me respice.

Confundantur et reveantur simul, qui quaerunt animam meam, \* ut auferant eam.

Convertantur retrorsum et reveantur, \* qui volunt mihi mala.

Ferant cor festim confusionem suam, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent et laetentur super te omnes quaerentes te, \* et dicant semper: Magnificetur Dominus; qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum et pauper: \* Dominus sollicitus est mei.

Adjutor meus et protector meus tu es: \* Deus meus, ne tardaveris.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* Com pla ce at ti bi, Do mi ne, ut e ri pi as



me: Do mi ne, ad ad ju van dum me re spi ce.



*Antiphona.* Sa na, Do mi ne. E u o u a e.

*Psalmus 40.*

Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem: \* in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conservet eum, et vi-

vificet eum, et beatum faciat eum in terra, \* et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi super



lectum doloris ejus, \* universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi, Domine, miserere mei, \* sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: \* Quando morietur, et peribit nomen ejus?

Et si ingrediebatur, ut videret, vana loquebatur, \* cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, \* et loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei, \* adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me: \* Numquid qui dormit, non adjiciet, ut resurgat?

Etenim homo pacis meae, in quo speravi, \* qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem, Domine, miserere mei, et resuscita me, \* et retribuam eis.

In hoc cognovi, quoniam voluisti me, \* quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti, \* et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.

Benedictus Dominus Deus Israël a saeculo, et usque in saeculum: \* fiat, fiat.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* Sa na, Do mi ne, a ni mam me am, qui a pec-



ca vi ti bi. *Antiphona.* Si ti vit. E u o u a e.

### *Psalmus 41.*

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: \* ita desiderat anima mea ad te, Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum: \* quando veniam, et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte, \* dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Haec recordatus sum, et effudi in me animam meam, \* quoniam



transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis et confessionis, \* sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? \* et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, \* salutare vultus mei et Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est, \* propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermonim a monte modico.

Abyssus abyssum invocat \* in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua et fluctus tui \* super me transierunt.

In die mandavit Dominus mise-

ricordiam suam, \* et nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitae meae: \* dicam Deo: Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? \* et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, \* exprobraverunt mihi, qui tribulant me, inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? \* quare tristis es anima mea, et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, \* salutare vultus mei et Deus meus.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* Si ti vit a ni ma me a ad De um vi yum:



quan do ve ni am, et ap pa re bo an te fa ci em Do mi ni?



V. Ne tra das be sti is a ni mas con fi ten tes ti bi. R. Et a ni-





mas pau pe rum tu o rum ne ob li vi sca ris in fi nem.

Pater noster. *totum secreto.*

*Lectio VII.*

*Job 17. cap.*

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, et solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, et rursus post tenebras spero lucem. Si sustinuerō, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es; mater mea et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc praestolatio mea, et patientiam meam quis considerat?



*Rx.* Pec can tem me quo ti di e, et non me poe ni-



ten tem, ti mor mor tis con tur bat me:




\* Qui a in in fer no nul la est re demp-



ti o: mi se re re me i De us, et sal-



*Lectio VIII.**Job 19. cap.*

Pelli meae, consumptis carnibus, adhaesit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim, quod redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius: reposita est haec spes mea in sinu meo.





ma je sta tem tu am: \* **U**t tu, De us,

de le as i ni qui ta tem me-

am. **V.** Am pli us la va me, Do mi ne, ab in-

ju sti ti a me a, et a de lic to me-

o mun da me. **U**t tu, De us.

*Lectio IX.**Job 10. cap.*

Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem, quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, et non revertar, ad terram tenebrosam, et opertam mortis caligine: terram miseriae et tenebrarum, ubi umbra mortis et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

**R.** Li be ra me, Do mi ne, de vi is in fer-



ni, qui por tas ae re as con fre gi sti: et vi-  
 si ta sti in fer num, et de di sti e is  
 lu men, ut vi de rent te: \* **Q**ui erant in poe-  
 nis te ne bra rum. **V.** Cla man tes et di cen-  
 tes: Ad ve ni sti, re demp tor no ster. **Q**ui e rant.  
**V.** Re qui em ae ter nam do na e is, Do mi ne: et lux per-  
 pe tu a lu ce at e is. **Q**ui e rant.

*Aliud responsorium, videlicet: Libera me, Domine, de morte aeterna &c., quod dicitur in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, et quodcumque pro defunctis dicuntur novem lectiones, require pag. 134.; sed V. Requiem aeternam &c. Et lux perpetua &c. dicitur in numero plurali.*



## Ad Laudes.

*Absolute incipitur ab antiphona.*



*Antiphona.* E xul ta bunt Do mi no. E u o u a e.

### *Psalmus 50.*

Miserere mei, Deus, \* secundum magnam misericordiam tuam:

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: \* et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: \* et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: \* ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: \* et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: \* incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: \* lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: \* et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: \* et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: \* et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: \* et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: \* et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: \* et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae: \* et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: \* et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: \* holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contritus: \* cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benigne fac, Domine, in bona vo-



Iunctate tua Sion: \* ut aedificentur  
muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iusti-  
tiae, oblationes et holocausta: \*

tunc imponent super altare tuum  
vitulos.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* E xul ta bunt Do mi no os sa hu mi li a ta.



*Antiphona.* E xau di, Do mi ne. E u o u a e.

*Psalmus 64.*

Te decet hymnus, Deus, in Sion,\*  
et tibi reddetur votum in Jerusa-  
lem.

Exaudi orationem meam: \* ad  
te omnis caro veniet.

Verba iniquorum praevaluerunt  
super nos, \* et impietatibus no-  
stris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti et assumpsisti;  
\* inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuae;\*  
sanctum est templum tuum, mira-  
bile in aequitate.

Exaudi nos, Deus, salutaris no-  
ster, \* spes omnium finium terrae,  
et in mari longe.

Praeparans montes in virtute tua,  
accinctus potentia, \* qui conturbas  
profundum maris, sonum fluctuum  
ejus.

Turbabuntur gentes, et time-

bunt, qui habitant terminos, a sig-  
nis tuis: \* exitus matutini, et ve-  
spere delectabis.

Visitasti terram, et inebriasti eam:\*  
multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis,  
parasti cibum illorum, \* quoniam  
ita est praeparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica ge-  
nimina ejus: \* in stillicidiis ejus  
laetabitur germinans.

Benedices coronae anni benigni-  
tatis tuae, \* et campi tui replebun-  
tur ubertate.

Pinguescent speciosa deserti, \*  
et exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium, et val-  
les abundabunt frumento; \* clama-  
bunt, etenim hymnum dicent.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.





*Antiphona.* E xau di, Do mi ne, o ra ti o nem me am,



ad te om nis ca ro ve ni et.



*Antiphona.* Me su sce pit. E u o u a e.

### *Psalmus 62.*

Deus, Deus meus, \* ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, \* quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta et in via et iniquosa, \* sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas, \* labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea, \* et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repletur anima mea, \* et labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, \* quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhaesit anima mea post te, \* me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quaesierunt animam meam, introibunt in inferiora terrae: \* tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero laetabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui jurant in eo, \* quia obstructum est os loquentium iniqua.

*Hic non dicitur:* Requiem &c.

### *Psalmus 66.*

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: \* illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam

tuam, \* in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus, \* confiteantur tibi populi omnes.



Laetentur et exultent gentes, \*  
quoniam judicas populos in aequitate,  
et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus,  
confiteantur tibi populi omnes: \*  
terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus no-  
ster, benedicat nos Deus, \* et  
metuant eum omnes fines terrae.

Requiem aeternam &c.  
Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* Me su sce pit dex te ra tu a, Do mi ne.



*Antiphona.* A por ta in fe ri. E u o u a e.

*Canticum Ezechiae.*

*Isa. 38.*

Ego dixi: In dimidio dierum meo-  
rum \* vadam ad portas inferi.

Quaesivi residuum annorum me-  
orum: \* Dixi: Non videbo Dominum  
Deum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra, \*  
et habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est, et con-  
voluta est a me, \* quasi taberna-  
culum pastorum.

Praecisa est, velut a texente, vita  
mea; dum adhuc ordiner, succidit  
me, \* de mane usque ad vespe-  
ram finies me.

Sperabam usque ad mane: \*  
quasi leo, sic contrivit omnia ossa  
mea.

De mane usque ad vesperam finies  
me, \* sicut pullus hirundinis, sic  
clamabo, meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei, \* su-  
spicientes in excelsum.

Domine, vim patior, responde  
pro me: \* Quid dicam, aut quid  
respondebit mihi, cum ipse fece-  
rit?

Recogitabo tibi omnes annos meos \*  
in amaritudine animae meae.

Domine, si sic vivitur, et in ta-  
libus vita spiritus mei, corripies me,  
et vivificabis me: \* Ecce in pace  
amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam,  
ut non periret, \* projecisti post  
tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi,  
neque mors laudabit te; \* non ex-  
pectabunt, qui descendunt in lacum,  
veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur



tibi, sicut et ego hodie: \* pater  
filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine, salvum me fac: \* et  
psalmos nostros cantabimus cunctis


diebus vitae nostrae in domo Do-  
mini.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* A por ta in fe ri e ru e, Do mi ne, a ni-



mam me am.



*Antiphona.* Om nis spi ri tus. E u o u a e.

### *Psalmus 148.*

Laudate Dominum de coelis, \*  
laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli ejus: \*  
laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna: \* lau-  
date eum omnes stellae et lumen.

Laudate eum coeli coelorum, \*  
et aquae omnes, quae super coelos  
sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt; \*  
ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in aeternum et in sae-  
culum saeculi, \* praeceptum po-  
suit, et non praeteribit.

Laudate Dominum de terra \*  
dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spi-

ritus procellarum, \* quae faciunt ver-  
bum ejus.

Montes et omnes colles, \* lig-  
na fructifera et omnes cedri.

Bestiae et universa pecora, \*  
serpentes et volucres pennatae.

Reges terrae et omnes populi, \*  
principes et omnes judices terrae.

Juvenes et virgines, senes cum  
junioribus laudent nomen Domini, \*  
quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super coelum et ter-  
ram, \* et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus, \*  
filiis Israël, populo appropinquant  
sibi.

*Hic non dicitur: Requiem &c.*



*Psalmus 149.*

Cantate Domino canticum novum,\*  
laus ejus in ecclesia sanctorum.

Laetetur Israël in eo, qui fecit  
eum,\* et filii Sion exultent in rege  
suo.

Laudent nomen ejus in choro,\*  
in tympano, et psalterio psallant  
ei.

Quia beneplacitum est Domino  
in populo suo,\* et exaltabit man-  
suetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria,\*  
laetabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eo-  
rum,\* et gladii ancipites in mani-  
bus eorum.

Ad faciendam vindictam in na-  
tionibus,\* increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in  
compedibus,\* et nobiles eorum in  
manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium con-  
scriptum:\* gloria haec est omni-  
bus sanctis ejus.

*Hic non dicitur:* Requiem &c.

*Psalmus 150.*

Laudate Dominum in sanctis  
ejus,\* laudate eum in firmamento  
virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus,\*  
laudate eum secundum multitudinem  
magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubae:\*  
laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et cho-

ro;\* laudate eum in chordis et  
organo.

Laudate eum in cymbalis bene-  
sonantibus; laudate eum in cymba-  
lis jubilationis;\* omnis spiritus lau-  
det Dominum.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* Om nis spi ri tus lau det Do mi num.



✠. Au di vi vo cem de coe lo di cen tem mi hi. ✠. Be a ti mor tu i ,





qui in Do mi no mo ri un tur.



*Et dicitur canticum  
Zachariae Luc. 1.*



*Antiphona.* E go sum.

E u o u a e.

Benedictus Dominus Deus Isra-  
ël, \* quia visitavit, et fecit re-  
demptionem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis, \*  
in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sancto-  
rum, \* qui a saeculo sunt, pro-  
phetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, \*  
et de manu omnium, qui oderunt  
nos.

Ad faciendam misericordiam cum  
patribus nostris, \* et memorari te-  
stamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad  
Abraham patrem nostrum, \* datu-  
rum se nobis.

Ut sine timore, de manu inimi-

corum nostrorum liberati, \* servi-  
amus illi.

In sanctitate et justitia coram  
ipso \* omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi  
vocaberis; \* praeibis enim ante  
faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi  
ejus, \* in remissionem peccatorum  
eorum.

Per viscera misericordiae Dei  
nostri, \* in quibus visitavit nos,  
oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris et  
in umbra mortis sedent, \* ad diri-  
gendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem aeternam &c.

Et lux perpetua &c.



*Antiphona.* E go sum re sur rec ti o et vi ta: qui cre-



dit in me, e ti am si mor tu us fu e rit, vi vet: et om-





nis, qui vi vit, et cre dit in me, non mo ri e tur in ae ter num.

*Deinde preces infrascriptae dicuntur flexis genibus.*

Pater noster. *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

*Psalmus 129. (\*)*

De profundis clamavi ad te, Do-  
mine, \* Domine, exaudi vocem  
meam.

Fiant aures tuae intendentes \*  
in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Do-  
mine: \* Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est, \*  
et propter legem tuam sustinui te,  
Domine.

Sustinuit anima mea in verbo  
ejus: \* speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad  
noctem, \* speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericor-  
dia, \* et copiosa apud eum re-  
demptio.

Et ipse redimet Israël \* ex om-  
nibus iniquitatibus ejus.

Requiem aeternam \* dona eis,  
Domine.

Et lux perpetua \* luceat eis.

*℣. A porta inferi. cum reliquis precibus, et orationibus officio  
congruentibus, ut supra in Vesperis pag. 150. — 153.*

## De officio faciendo in exequiis, absente corpore defuncti, et in die tertio, septimo, trigesimo et anniversario.

1. Si faciendae sint exequiae absente corpore, eo die, quo visum  
fuerit, in ecclesia dicatur officium mortuorum cum tribus nocturnis et  
laudibus, et antiphonis duplicatis, vel saltem unum nocturnum cum  
tribus lectionibus et laudibus et missa.

(\*) Hic psalmus omittitur in die obitus, seu depositionis defuncti (ut jam supra pag. 142. Nro. 2. innuitur),  
item in die commemorationis omnium fidelium defunctorum; et statim dicitur: ℣. A porta inferi &c.



2. *Post missam celebrans deponit manipulum et planetam, et accipit pluviale nigri coloris, et praecedentibus subdiacono cum cruce, et clero, et duobus ceroferariis cum luminaribus accensis, et duobus acolythis vel aliis ministris, uno cum navicula incensi et thuribulo, et altero cum vasculo aquae benedictae et aspersorio et hoc libro rituali, accedit cum diacono a sinistris ad locum tumuli, seu lecticae mortuorum, et ibi a circumstante clero cantatur: R. Libera me Domine &c. ut supra pag. 134.*

3. *Dum cantatur praedictum responsorium, ministratur incensum, benedicitur et imponitur in thuribulum; finito autem responsorio dicitur: Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. ut supra pag. 135. Nro. 10.*

4. *Mox sacerdos alta voce dicit: Pater noster &c., et dum secreto dicitur ab omnibus, accipit aspersorium, aspergit ter tumbam, ut supra pag. 135. Nro. 11., vel circuit eam aspergens ter a parte dextera et ter a parte sinistra, ut supra pag. 143. Nr. 7., deinde incensat eodem modo, ut dictum est. Postea reddito thuribulo ei, a quo acceperat, dicit:*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. A porta inferi.

℞. Erue, Domine, animam ejus.

℣. Requiescat in pace.

℞. Amen.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Absolve, quaesumus, Domine, animam famuli tui (*vel* famulae tuae) N., ut defunctus (*vel* defuncta) saeculo tibi vivat: et peccata, quae per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen. *Vel dicatur oratio, quae dicta est in missa, vel alia conveniens.*

5. *Deinde celebrans, faciens manu dextera signum crucis super tumbam, dicit:*



℣. Requiem aeternam dona ei, Domine.

℞. Et lux perpetua luceat ei. *Et dicto per cantores vel clerum:*

℣. Requiescat in pace. ℞. Amen. *praecedente cruce redit cum aliis ad sacristiam.*

6. Si officium fuerit pro pluribus defunctis, oratio et versus dicantur in plurali numero; si fuerit mulier, in genere foeminino; si fuerit sacerdos vel episcopus, in oratione exprimat nomen dignitatis &c.

7. Praedictus autem officii ritus pro defunctis adultis tam sacerdotibus et clericis, quam saecularibus et laicis servari debet in officio sepulturae in die depositionis, sive in die tertio, septimo, trigesimo et anniversario.

## Ordo sepeliendi parvulos.

1. Cum infans, vel puer baptizatus defunctus fuerit ante usum rationis, induitur juxta aetatem, et imponitur ei corona de floribus, seu de herbis aromaticis et odoriferis in signum integritatis carnis et virginitatis.

Exaudi, Domine, preces nostras, et haec lintheamina sacri altaris usui praeparata bene † dicere, et sancti † ficare digneris. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

### O r e m u s.

Domine Deus omnipotens, qui Moysen famulum tuum ornamenta et lintheamina facere per quadraginta dies docuisti, quae etiam Maria texuit et fecit in usum ministerii et tabernaculi foederis: bene † dicere, sancti † ficare et conse † crare digneris haec lintheamina ad tegendum involvendumque altare gloriosissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

*Deinde aspergat ea aqua benedicta.*

## III. Benedictio corporalium.

Adjutorium nostrum &c. *ut supra pag. 222. Nro. 4.*

### O r e m u s.

Clementissime Domine, cujus inenarrabilis est virtus, cujus myste-



ria arcanis mirabilibus celebrantur: tribue, quaesumus, ut hoc lintheamen tuae propitiationis bene† dictione sanctificetur ad consecrandum super illud corpus et sanguinem Dei et Domini nostri Jesu Christi Filii tui: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

O r e m u s.

Omnipotens sempiterne Deus, bene† dicere, sancti† ficare et conse† crare digneris lintheamen istud ad tegendum involvendumque corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi Filii tui: Qui tecum vivit et regnat &c. R. Amen.

O r e m u s.

Omnipotens Deus, manibus nostris opem tuae benedictionis infunde: ut per nostram bene† dictionem hoc lintheamen sanctificetur, et corporis ac sanguinis redemptoris nostri novum sudarium Spiritus Sancti gratia efficiatur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

*Et aspergat aqua benedicta.*

#### IV. Benedictio tabernaculi, seu vasculi pro sacrosancta Eucharistia conservanda.

℣. Adjutorium nostrum &c. *ut supra pag. 222. Nro. 4.*

O r e m u s.

Omnipotens sempiterne Deus, majestatem tuam supplices deprecamur, ut vasculum hoc pro corpore Filii tui Domini nostri Jesu Christi in eo condendo fabricatum, bene† dictionis tuae gratia dicare digneris. Per eundem Dominum nostrum &c. R. Amen.

*Deinde aspergat illud aqua benedicta.*

#### V. Benedictio novae crucis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.



## O r e m u s.

Rogamus te, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, ut digneris bene†dicere hoc signum crucis tuae, ut sit remedium salutare generi humano; sit soliditas fidei, profectus honorum operum, redemptio animarum; sit solamen et protectio ac tutela contra saeva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. R̃. Amen.

*Alia oratio ad idem.*

Bene†dic, Domine Jesu Christe, hanc crucem tuam, per quam eripuisti mundum a potestate daemonum, et superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in praevaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem. *Hic aspergat aqua benedicta.* Sanctificetur hoc signum crucis in nomine Patris†, et Filii†, et Spiritus† Sancti, ut orantes inclinantesque se propter Dominum ante istam crucem, inveniant corporis et animae sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. R̃. Amen.

*Postea sacerdos genuflexus ante crucem, devote adorat et osculatur, et idem faciunt, quicumque voluerint.*

## VI. Benedictio imaginum Jesu Christi Domini nostri, Beatae Mariae Virginis, et aliorum sanctorum.

℣. Adjutorium nostrum &c. *ut supra pag. 222. Nro. 4.*

## O r e m u s.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sanctorum tuorum imagines (*sive* effigies) sculpi aut pingi non reprobas, ut, quoties illas oculis corporis intuemur, toties eorum actus et sanctitatem ad imitandum memoriae oculis meditemur: hanc, quaesumus, imaginem (*seu* sculpturam) in honorem et memoriam unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi (*vel* beatissimae Virginis Mariae, matris Domini nostri Jesu Christi, *vel* beati N. apostoli tui, *vel* martyris, *vel* confessoris, *aut* pontificis, *aut* virginis) adaptatam bene†dicere, et sancti†ficare digneris: et praesta, ut, quicumque coram illa unigenitum Filium tuum (*vel* beatissimam Virginem, *vel* gloriosum apostolum, *sive* martyrem, *sive* confessorem, *aut* virginem) suppliciter colere et honorare studuerit, illius meritis et obtentu, a te gratiam in praesenti, et aeternam gloriam obtineat in futurum. Per eundem Christum Dominum nostrum. R̃. Amen.

*Ultimo aspergat aqua benedicta.*



*Pro majori ecclesiarum ruralium commodo facultatem, has benedictiones pag. 229. sub Nro. 1. usque ad hunc Nrum. VI. inclusive comprehensas impertiendi, decanis delegamus; sequentes autem benedictiones absque speciali ab episcopo obtenta facultate impertiri non praesumant.*

## VII. Ritus benedicendi et imponendi primum lapidem pro ecclesia aedificanda, servandus a sacerdote facultatem habente ab episcopo.

1. *Ecclesiam ex episcopi auctoritate tantum juxta sacrorum canonum decreta aedificari fas est: si vero sacerdos ejus aedificationis primum lapidem benedicendi potestatem habens, ejusmodi functionem peragat, hunc ritum servabit:*

2. *Pridie quam primarius lapis benedicatur, ligneam crucem in loco, ubi debet esse altare, figat ipse vel alius sacerdos. Sequenti vero die lapis in ecclesiae fundatione ponendus, qui debet esse quadratus, et angularis, benedicatur hoc modo:*

3. *Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, adhibitis aliquot sacerdotibus et clericis, salem et aquam benedicit, nisi prius in promptu habeat jam benedictam, ordinaria benedictione, ut supra pag. 223.*

4. *Interim dum cantatur a clericis antiphona cum psalmo sequenti, aspergit locum, ubi crux posita est, cum aqua benedicta.*



*Antiphona.* Sig num sa lu tis po ne, Do mi ne Je su



Chri ste, in lo co i sto, et non per mit tas in tro i-



re an ge lum per cu ti en tem. E u o u a e.



## Psalmus 83.

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! \* concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, et caro mea \* exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum, \* et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Domine virtutum, \* rex meus, et Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua, Domine; \* in saecula saeculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te: \* ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco, quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: \* videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam, \* auribus percipe, Deus Jacob.

Protector noster aspice, Deus, \* et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriis tuis \* super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei, \* magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit Deus, \* gratiam et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: \* Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

*5. Finito psalmo, sacerdos versus ad locum per eum aspersum, dicit:*

### O r e m u s.

Domine Deus, qui licet coelo et terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur: locum hunc, quaesumus, beatae Mariae semper virginis, et beati N. *(nominando sanctum, in cujus honorem ac nomen fundabitur ecclesia)* omniumque sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuae intuitu visita, et per infusionem gratiae tuae ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserva; et qui dilecti tui David devotionem in filii sui Salomonis opere complevesti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitiae spirituales. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit &c. R. Amen.

*6. Postea stans benedicat primarium lapidem, dicens:*



℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit coelum et terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℞. Ex hoc, nunc, et usque in saeculum.

℣. Lapidem, quem reprobaverunt aedificantes.

℞. Hic factus est in caput anguli.

℣. Tu es Petrus.

℞. Et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.

℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

℞. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

### O r e m u s.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui es verus omnipotens Deus, splendor et imago aeterni Patris, et vita aeterna, qui es lapis angularis, de monte sine manibus abscissus, et immutabile fundamentum, hunc lapidem collocandum in tuo nomine confirma: et tu, qui es principium et finis, in quo principio Deus Pater ab initio cuncta creavit, sis, quaesumus, principium et incrementum et consummatio ipsius operis, quod debet ad laudem et gloriam tui nominis inchoari: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus, per omnia saecula saeculorum. ℞. Amen.

*7. Tunc aspergit lapidem ipsum aqua benedicta, et accepto cultro per singulas partes sculpsit in eo signum crucis, dicens:*

In nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti. ℞. Amen.

*Quo facto dicit:*

### O r e m u s.

Bene † dic, Domine, creaturam istam lapidis, et praesta per invocationem sancti tui nominis, ut quicumque ad hanc ecclesiam aedificandam pura mente auxilium dederint, corporis sanitatem, et animae medelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

*8. Postea dicuntur litaniae ordinariae, ut supra pag. 94., sine orationibus in fine positis.*

*9. Quibus dictis, parato caemento, et caementario assistente, sacerdos inchoat, clericis prosequentibus, antiphonam:*





Ma ne sur gens Ja cob e ri ge bat la pi dem in  
 ti tu lum: fun dens o le um de su per, vo tum vo vit  
 Do mi no: ve re lo cus i ste sanc tus est,  
 et e go nes ci e bam. E u o u a e.

### Psalmus 126.

Nisi Dominus aedificaverit domum, \* in vanum laboraverunt, qui aedificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, \* frustra vigilat, qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: \* surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis som-

num, \* ecce haereditas Domini, filii; merces, fructus ventris.

Sicut sagittae in manu potentis, \* ita filii excussorum.

Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis, \* non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

*10. Quo dicto sacerdos stans tangit et ponit ipsum primum lapidem in fundamento, dicens:*

In fide Jesu Christi collocamus lapidem istum primum in hoc fundamento: In nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti, ut vigeat vera fides hic, et timor Dei, fraternaue dilectio, et sit hic locus destinatus orationi, et ad invocandum et laudandum nomen ejus-



dem Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus, per omnia saecula saeculorum. *R. Amen. Interim caementarius locat ipsum lapidem cum caemento.*

*11. Postea sacerdos spargit super lapidem aquam benedictam, dicens:*

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor. *Psalmus 50. Miserere mei, Deus, secundum magnam &c. ut supra pag. 91. dicitur totus cum Gloria Patri &c.*

*12. Quo dicto, sacerdos spargit aquam benedictam per omnia fundamenta, si sunt aperta: si vero non sunt aperta, circuit aspergendo fundamenta ecclesiae designata. Et incipiens aspergere inchoat antiphonam, clero prosequente:*



### Psalmus 86.

Fundamenta ejus in montibus sanctis, \* diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, \* civitas Dei.

Memor ero Rahab et Babylonis, \* scientium me.

Ecce alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopum, \* hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet, homo et homo natus est in ea, \* et ipse fundavit eam Altissimus.



|                                                                                          |                                                                                         |
|------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------|
| Dominus narrabit in scripturis<br>populorum et principum, * horum,<br>qui fuerunt in ea. | Sicut laetantium omnium, * ha-<br>bitatio est in te.<br>Gloria Patri &c. Sicut erat &c. |
|------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------|

*Et repetitur antiphona:* O quam metuendus est locus iste! vere non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta coeli.

*13. Interim aspergendo procedit usque ad fundamenta aperta, seu designata, et repetita antiphona, stans dicit:* Oremus. *Ministri:* Flectamus genua. *R.* Levate.

Omnipotens et misericors Deus, qui sacerdotibus tuis tantam prae caeteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur: quaesumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modo visitaturi sumus, visites; et quidquid benedicturi sumus, bene † dicas; sitque ad nostrae humilitatis introitum, sanctorum tuorum meritis, fuga daemonum, angeli pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Deus, qui ex omnium cohabitatione sanctorum aeternum majestati tuae condidis habitaculum: da aedificationi tuae incrementa coelestia; ut, quod te jubente fundatur, te largiente perficiatur. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

## VIII. Ritus benedicendi novam ecclesiam seu oratorium publicum, ut ibi sanctissimum missae sacrificium celebrari possit.

*1. Sacerdos novam ecclesiam de licentia episcopi benedicturus, ut in ea divinum sacrificium missae rite celebretur, stola ac pluviali albi coloris indutus, aliquot sacerdotibus et clericis adhibitis, praelata cruce media inter duos clericos seu ministros, deferentes cereos accensos, mane procedit ad primariam ecclesiae vel oratorii januam; ubi stans capite aperto, conversus ad eam dicit absolute orationem:*

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni, et adjuvando proseguere, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*2. Deinde inchoat antiphonam:*





*Et clerus alternatim dicit psalmum 50. Miserere mei Deus &c. ut supra pag. 91. cum Gloria Patri &c.*

*3. Interim circumdant exterius ecclesiam, (quae intus debet esse vacua et nuda, et pariter altaria nuda, excluso populo, donec absoluta sit benedictio), et sacerdos accepto aspergillo ex herba hyssopi, ad ejus dexteram se convertens, parietes ecclesiae in superiori parte, et in fundamentis cum aqua benedicta aspergit, dicens: Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealabor.*

*4. Reversi ad locum, unde processio initium habuit, repetita antiphona a clero, sacerdos stans ut prius versus ecclesiam, dicit: Oremus. Ministri: Flectamus genua. R. Levate.*

Domine Deus, qui licet coelo et terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur: locum hunc, quaesumus, beatæ Mariæ semper virginis, et beati N. omniumque sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuae intuitu visita, et per infusionem gratiae tuae ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserva, et qui dilecti tui David devotionem in filii sui Salomonis opere complevisti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitiae spirituales. Per Dominum nostrum &c. R. Amen.

*5. Qua finita oratione, omnes bini in ecclesiam intrantes, ad altare majus procedunt, litanias decantantes, ut supra pag. 94.*



6. *Ubi dictum fuerit:* Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris: R. Te rogamus audi nos; *surgit sacerdos, et intelligibili voce dicit:* Ut hanc ecclesiam et altare ad honorem tuum, et nomen sancti tui N. purgare, et benedicere † digneris: R. Te rogamus audi nos. *Cum dicit:* benedicere, *manu dextera benedicit ecclesiam et altare, deinde ut prius genuflectit, donec perficiantur litaniae; et cantores prosequuntur:* Ut nos exaudire digneris: R. Te rogamus audi nos. *Cantores:* Fili Dei: R. Te rogamus audi nos. *Cant.* Agnus Dei &c.

7. *Dicto ultimo:* Kyrie eleison, *sacerdos stans dicit:* Oremus. *Ministri:* Flectamus genua. R. Levate.

Praeveniat nos, quaesumus Domine, misericordia tua, et intercedentibus omnibus sanctis tuis, voces nostras clementia tuae propitiationis anticipet. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

8. *Tum distans ab altari congruenti spatio, genuflectus et se signans dicit:*



De us in ad ju to ri um me um in ten de.

*Et statim surgit clero respondente:*



Do mi ne, ad ad ju van dum me fe sti na.

*Ipsa vero stans dicit:*



Glo ri a Pa tri, et Fi li o, et Spi ri tu i Sanc to.

*Chorus respondet:*



Si cut e rat in prin ci pi o, et nunc, et semper, et





in sae cu la sae cu lo rum. A men.

9. *Postea sacerdos dicit: Oremus. Ministri: Flectamus genua. R. Levate.*

Omnipotens et misericors Deus, qui sacerdotibus tuis tantam prae caeteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur: quaesumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modo visitaturi sumus, visites, et quidquid benedic-turi sumus, bene † dicas: sitque ad nostrae humilitatis introitum, sanc-torum tuorum meritis, fuga daemonum, angeli pacis ingressus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum &c. R. Amen.

10. *His dictis inchoat antiphonam:*



Be ne dic, Do mi ne, do mum i stam, no mi ni



tu o ae di fi ca tam. E u o u a e.

*Cum tribus psalmis sequentibus, videlicet:*

### Psalmus 119.

Ad Dominum, cum tribularer, clamavi, \* et exaudivit me.

Domine, libera animam meam a labiis iniquis, \* et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, \* ad linguam dolosam?

Sagittae potentis acutae, \* cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: \* habitavi cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: \* cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.



## Psalmus 120.

Levavi oculos meos in montes, \* unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, \* qui fecit coelum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum, \* neque dormitet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, \* neque dormiet, qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus

protectio tua \* super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, \* neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo, \* custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum, \* ex hoc, nunc et usque in saeculum.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

## Psalmus 121.

Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: \* in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri \* in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quae aedificatur ut civitas, \* cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, \* testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in judicio, \* sedes super domum David.

Rogate, quae ad pacem sunt Jerusalem, \* et abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua, \* et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, et proximos meos, \* loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri \* quaesivi bona tibi.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

*Et repetitur antiphona:* Benedic, Domine, domum istam nomini tuo aedificatam.

*11. Interim aspergit interius parietes in parte superiori et inferiori, inchoans aspersionem a parte evangelii, dicens:* Asperges me, Domine &c. *tum ad altare reversus dicit:* Oremus. *Ministri:* Flectamus genua. *R.* Levate.

Deus, qui loca nomini tuo dicanda sanctificas: effunde super hanc orationis domum gratiam tuam: ut ab omnibus hic nomen tuum invocantibus, auxilium tuae misericordiae sentiatur. Per Dominum nostrum &c. *R.* Amen.



12. *His peractis dicitur missa de tempore occurrente, vel de sancto.*

13. *Ecclesia vero, quamvis a simplici sacerdote, ut supra, sit benedicta, ab episcopo tamen consecranda est.*

## IX. Ritus reconciliandi ecclesiam violatam, si nondum erat ab episcopo consecrata.

1. *Ecclesiae violatae reconciliatio per sacerdotem ab episcopo delegatum fiat hoc modo:*

2. *Altare ecclesiae omnino nudetur, provideaturque, ut ecclesia possit libere circuiiri tam exterius, quam interius, si fieri potest: paretur vasculum cum aqua benedicta, et aspergillum de herba hyssopi factum.*

3. *Sacerdos, indutus amictu, alba, cingulo, stola et plurali albo, adhibitis aliquot sacerdotibus et clericis, procedit ad primariam ecclesiae portam, ubi stans, antiphonam incipit, dicens, clero prosequente, ut supra pag. 239. Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor. Psalmus 50. Miserere mei &c. ut supra pag. 91. dicitur totus cum Gloria Patri &c., quo finito antiphona repetitur.*

4. *Interim, dum antiphona et psalmus dicuntur, sacerdos cum aqua benedicta aspergit in circuitu extrinsecus ecclesiam et coemeterium, simul aspergendo alternatim ad parietes ecclesiae, ac ad terram coemeterii, praesertim ad loca contaminata.*

5. *Quo facto redit ad locum, ubi incepit aspergere; et stans dicit:*

### O r e m u s.

Omnipotens et misericors Deus, qui sacerdotibus tuis tantam prae caeteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur: quaesumus immensam clementiam tuam, ut quod modo visitaturi sumus, visites, et quidquid benedicturi sumus, bene† dicas: sitque ad nostrae humilitatis introitum, sanctorum tuorum meritis, fuga daemonum, angeli pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

6. *Deinde sacerdos incipit litanias, ut supra pag. 94., et ingreditur ecclesiam cum clero, cantando eas; acceditque ante altare majus, coram quo genuflectit: cumque dictum fuerit: Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris. R. Te rogamus audi nos; sacerdos surgit, et clara voce dicit:*



Ut hanc ecclesiam, et altare hoc, ac coemeterium purgare, et recon-  
 † ciliare digneris: *R.* Te rogamus audi nos.

*7. Quibus dictis, rursus genuflectit, et litaniae perficiuntur: quibus finitis sacerdos versus ad dictum altare, dicit: Oremus. Ministri: Flectamus genua. R.* Levate.


Praeveniat nos, quaesumus Domine, misericordia tua, et intercedentibus omnibus sanctis tuis, voces nostras clementia tuae propitiationis anticipet. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

*8. Deinde sacerdos genuflectit ante altare, et signo crucis se muniens, clara voce dicit, ut supra pag. 240. Nro. 8.*

Deus, in adjutorium meum intende. *Tum surgit, et chorus seu astantes clerici respondent: Domine, ad adjuvandum me festina. Et sacerdos stans dicit:*

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. *R.* Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.


*9. Quo dicto sacerdos inchoat, clero prosequente, antiphonam:*



E xur gat De us, et dis si pen tur i ni mi ci ejus;



et fu gi ant, qui o de runt e um, a fa ci e e jus.



E u o u a e.

### Psalmus 67. v. 27 — 36.

In ecclesiis benedicite Deo Domino: \* de fontibus Israël.

*Repetitur antiphona.*

Ibi Benjamin adolescentulus, \* in mentis excessu.



*Repetitur antiphona.*

Principes Juda duces eorum: \* principes Zabulon, principes Nephtali.

*Repetitur antiphona.*

Manda, Deus, virtuti tuae: \* confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.

*Repetitur antiphona.*

A templo sancto tuo in Jerusalem, \* tibi offerent reges munera.

*Repetitur antiphona.*

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: \* ut excludant eos, qui probati sunt argento.

*Repetitur antiphona.*

Dissipa gentes, quae bella volunt; venient legati ex Aegypto: \* Aethiopia praeveniet manus ejus Deo.

*Repetitur antiphona.*

Regna terrae cantate Deo, \* psallite Domino.

*Repetitur antiphona.*

Psallite Deo, qui ascendit super coelum coeli, \* ad orientem.

*Repetitur antiphona.*

Ecce dabit voci suae vocem virtutis, date gloriam Deo super Israël, \* magnificentia ejus et virtus ejus in nubibus.

*Repetitur antiphona.*

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suae: \* benedictus Deus.

*Et non dicitur Gloria Patri, sed antiphona repetitur.*

*10. Interim dum antiphona et psalmi praedicti dicuntur, sacerdos circuit ecclesiam intrinsecus aspergendo: aspergit etiam specialiter loca contaminata.*

*11. Quo facto stans in presbyterio versus ad altare dicit:*

Deus, qui in omni loco dominationis tuae clemens et benignus purificator assistis: exaudi nos, quaesumus, et concede, ut in posterum inviolabilis hujus loci permaneat benedictio, et tui muneris beneficia, universitas fidelium, quae supplicat, percipere mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.



**12. *Deinde dicitur missa de die occurrente.***

**13. *Simplex sacerdos tantum ex privilegio sedis apostolicae potest ecclesiam ab episcopo consecratam reconciliare. Et tunc utatur ritu in pontificali praescripto, procedatque indutus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, adhibitis secum aliis presbyteris et clericis superpelliceis indutis, cum aqua ab episcopo ad hunc usum rite benedicta.***

**X. Ritus benedicendi novum coemeterium per sacerdotem ab episcopo delegatum.**

**1. *Pridie quam fiat benedictio, ponitur in medio coemeterii benedicendi lignea crux, alta ad staturam hominis, et ante ipsam crucem in terra figitur paxillus tridens ligneus, altus ad cubitum unum, aptus ad affigendum illi tres candelas.***

**2. *Sequenti die mane sacerdos in sacristia aut alio decenti loco paratus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, adhibitis aliquot sacerdotibus et clericis indutis superpelliceis, vel ministris, qui deferant vasculum aquae benedictae, aspergillum et thuribulum cum incensi navicula, et hoc rituali libro, et tribus candelis cereis, procedit ad coemeterium benedicendum, ante crucem in medio positam, et affiguntur et accenduntur tres candelae super ligneum paxillum, et sacerdos ante crucem et candelas stans, discooperto capite, dicit:***

**O r e m u s.**

Omnipotens Deus, qui es custos animarum, tutela salutis, et fides credentium, respice propitius ad nostrae servitutis officium, et ad introitum nostrum purgetur †, benedicatur †, et sanctificetur † hoc coemeterium, ut humana corpora hic post vitae cursum quiescentia, in magno iudicii die simul cum felicibus animabus mereantur adipisci vitae perennis gaudia. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

**3. *Mox ante ipsam crucem omnes genibus flexis dicunt litanias ordinarias, ut supra pag. 94., incipiente cantore, caeteris respondentibus, et cum dictum fuerit: Ut omnibus fidelibus defunctis &c. R. Te rogamus audi nos.***

**4. *Sacerdos surgit et clara voce dicit, producens manu signum crucis:***

Ut hoc coemeterium purgare et bene † dicere digneris: R. Te



rogamus audi nos. *Deinde sacerdos, ut prius, genuflectit, et litaniae perficiuntur.*

5. *Quibus finitis surgunt omnes, et sacerdos crucem aspergit aqua benedicta, dicens antiphonam, ut supra pag. 239.*

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor. *Psalmus 50. Miserere mei Deus &c. ut supra pag. 91. dicitur totus ab adstantibus cum Gloria Patri &c., quo dicto repetitur antiphona.*

6. *Dum dicitur psalmus, sacerdos circuit et perambulat totum coemeterium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique aqua benedicta: quo facto redit ante crucem, et ad ipsam respiciens dicit:*

### O r e m u s.

Deus, qui es totius orbis conditor, et humani generis redemptor, cunctarumque creaturarum visibilium et invisibilium perfectus dispositor; te supplici voce ac puro corde exposcimus, ut hoc coemeterium, in quo famulorum famularumque tuarum corpora quiescere debent, post curricula hujus vitae labentia, purga†re, bene†dicere, et sancti†ficare digneris: quique remissionem omnium peccatorum per tuam magnam misericordiam in te confidentibus praestitisti, corporibus quoque eorum in hoc coemeterio quiescentibus, et tubam primi archangeli expectantibus, consolationem perpetuam largiter impertire. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

7. *Tum figit in summitate crucis unam ex tribus candelis ardentibus, et alias duas similiter ardentes in duobus brachiis ejusdem crucis.*

8. *Deinde incensat ipsam crucem, et aspergens aqua benedicta, cum aliis de clero discedit.*

## XI. Ordo reconciliandi coemeterium violatum, sive ecclesiae contiguum sit, sive separatum, ubi ecclesia non est polluta.

1. *Mane diei, qua facienda est reconciliatio, sacerdos, si ab episcopo facultatem habeat, adhibitis aliis sacerdotibus et clericis, indutis superpelliceis, in sacristia aut alio decenti loco vestitus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, accedit ad medium coemeterii, clerico seu ministro vasculum aquae benedictae et aspergillum deferente, et ibi super tapele genuflectit unacum ministris; et cantores,*



*alique omnes genibus flexis dicunt litanias, ut supra pag. 94., in quibus cum dictum fuerit: Ut omnibus fidelibus defunctis &c. R. Te rogamus audi nos.*

*2. Sacerdos surgit, et manu dextera producens signum crucis super coemeterium, clara voce dicit:*

*Ut hoc coemeterium recon†ciliare, et sancti†ficare digneris. R. Te rogamus audi nos. Quibus dictis, ut prius genuflectit, cantoribus litanias perficientibus.*

*3. Quibus finitis, surgunt omnes, et sacerdos accepto aspergillo cum aqua benedicta, inchoat antiphonam, ut supra pag. 239.*

*Asperges me, Domine, hyssopo, clero prosequente, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor. Psalmus 50. Miserere mei Deus &c. ut supra pag. 91. dicitur totus sine Gloria Patri. In fine repetitur antiphona: Asperges me, Domine &c.*

*4. Dum haec dicuntur, sacerdos circuit totum coemeterium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique aqua benedicta, praesertim in loco, ubi violatio commissa est.*

*5. Quo peracto, redit ad locum, ubi litaniae dictae fuerunt, et ibi stans dicit: Oremus. Et ministri: Flectamus genua. R. Levate.*

Domine pie, qui agrum figuli pretio sanguinis tui in sepulturam peregrinorum comparari voluisti, quaesumus, dignanter reminiscere clementissimi hujus mysterii tui. Tu es enim, Domine, figulus noster, tu quietis nostrae ager, tu agri hujus pretium. Tu dedisti etiam, et suscepisti. Tu de pretio tui vivifici sanguinis nos requiescere donasti. Tu ergo, Domine, qui es offensionis nostrae clementissimus indultor, expectatissimus judicator, et judicii tui superabundantissimus miserator, judicium tuae justissimae severitatis abscondens post miserationem tuae piae redemptionis, adesto exauditor, et effector nostrae reconciliationis; hocque coemeterium peregrinorum tuorum, coelestis patriae incolatum expectantium, benignus purifica et reconcilia: et hic tumultuorum et tumultuorum corpora de potentia et pietate tuae resurrectionis ad gloriam incorruptionis non damnans, sed glorificans resuscita. Qui venturus es judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. R. Amen.



## De Processionibus regulae generales.

1. *Publicae sacraeque processiones, seu supplicationes, quibus ex antiquissimo sanctorum patrum instituto catholica ecclesia vel ad excitandam fidelium pietatem, vel ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, vel ad divinum auxilium implorandum uti consuevit, qua par est religione celebrari debent; continent enim magna ac divina mysteria, et salutares christianae pietatis fructus eas pie exequentes a Deo consequuntur; de quibus fideles praemonere, et erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, parochorum officium est.*

2. *Videant imprimis sacerdotes, alique ecclesiastici ordinis, ut in his processionibus ea modestia ac reverentia tum ab ipsis, tum ab aliis adhibeatur, quae piis et religiosis hujuscemodi actionibus maxime debetur.*

3. *Omnes decenti habitu, superpelliceis, vel aliis sacris vestibus, sine galeris, nisi pluvia cogente, induti, graviter, modeste ac devote bini suo loco procedentes, sacris precibus ita sint intenti, ut remoto risu, mutuoque colloquio, et vago oculorum aspectu, populum etiam ad pie devoteque precandum invitent.*

4. *Laici a clericis, foeminae a viris separatae, orantes, bini binaeque prosequantur.*

5. *Praeferatur crux, et ubi fuerit consuetudo, vexillum sacris imaginibus insignitum, non tamen factum militari seu triangulari forma.*

6. *Edendi ac bibendi abusus, secumve esculenta et poculenta deferendi in sacris processionibus, et suburbanis ecclesiis visitandis, vel vendendi comestibilia, et cauponas aperiendi tempore sacrarum processionum, tollere parochi studeant, ac fideles in sacris concionibus circa hos aliosve abusus admonere non praetermittant.*

7. *Processiones prius fieri debent, deinde missa solemniter celebrari: nisi aliter ob gravem causam interdum ordinario vel clero videatur; processio tamen cum Ss. Eucharistia celebratur post missam.*

8. *Processiones autem quaedam sunt ordinariae, quae fiunt certis diebus per annum, ut in festo purificationis beatae Mariae semper virginis, et in dominica palmarum, et in litanis majoribus in festo sancti Marci, et in minoribus rogationum triduo ante ascensionem Domini, et in festo Ss. Corporis Christi.*




9. *Quaedam vero sunt extraordinariae, ut quae variis ac publicis ecclesiae de causis in dies indicuntur.*

## De processionibus ordinariis.

### I. De processione in die festo purificationis Beatae Mariae semper Virginis.

1. *Completa benedictione, et distributione candelarum, ut in missali romano reformato, fit processio. Et primo celebrans imponit incensum in thuribulum; deinde diaconus vertens se ad populum, dicit:*




Pro ce da mus in pa ce.

In no mi ne Chri sti, A men.

2. *Praecedit thuriferarius cum thuribulo fumigante; deinde subdiaconus paratus deferens crucem medius inter duos acolythos seu ministros cum candelabris, et candelis accensis: sequitur clerus per ordinem; ultimo celebrans cum diacono a sinistris, omnes cum candelis accensis in manibus: et cantantur antiphonae sequentes:*



*Antiphona.* Ad or na tha la mum tu um, Si on, \* et su sci pe re gem



Chri stum.

Amplectere Mariam, \* quae est coelestis porta.

Ipsa enim portat regem gloriae, \* novi luminis.

Subsistit Virgo, adducens manibus Filium, \* ante luciferum genitum.

Quem accipiens Simeon in ulnas suas, praedicavit populis: \* Dominum eum esse vitae et mortis, et salvatorem mundi.



*Alia antiphona. (Luc. 2.)*

Re spon sum ac ce pit Si me on a Spi ri tu Sanc to: \* Non vi su rum



se mor tem, ni si vi de ret Chri stum Do mi ni.

Et cum inducerent puerum in templum, \* accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum, et dixit:

Nunc dimittis servum tuum, Domine, \* in pace.

℣. Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: \* ipse accepit eum in ulnas suas. *Et ingrediendo ecclesiam cantatur:*

℟. Obtulerunt pro eo Domino par turturum, aut duos pullos columbarum. \* Sicut scriptum est in lege Domini.

℣. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae, secundum legem Moysi, tulerunt Jesum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. \* Sicut scriptum est in lege Domini.

℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. \* Sicut scriptum est in lege Domini.

*3. Finita processione, celebrans et ministri depositis violaceis, accipiunt paramenta alba pro missa. Et candelae tenentur in manibus accensae, dum legitur evangelium, et iterum ad elevationem sacramenti usque ad communionem.*

## II. De Processione in die palmarum.

*1. In dominica palmarum, facta benedictione, et distributione palmarum seu olivarum, post ultimam orationem: Omnipotens sempiterne Deus &c. fit processio, ac primum celebrans imponit incensum in thuribulum, et diaconus vertens se ad populum, dicit, ut supra pag. 250. Procedamus in pace. Et chorus respondet in eodem tono, ut ibi: In nomine Christi, Amen.*

*2. Praecedit thuriferarius cum thuribulo fumigante: deinde subdiaconus paratus deferens crucem medius inter duos acolythos seu mi-*



*nistros cum candelabris, et candelis accensis, sequitur clerus per ordinem, ultimo celebrans cum diacono a sinistris, omnes cum ramis in manibus, et cantantur sequentes antiphonae, vel omnes, vel aliquae, quousque durat processio.*



*Antiphona. (Matth. 21.)* Cum ap pro pin qua ret Do mi nus Je ro so ly-



mam, \* mi sit du os ex di sci pu lis su is di cens :

Ite in castellum, quod contra vos est; \* et invenietis pullum asinae alligatum, super quem nullus hominum sedit.

Solvite, et adducite mihi; \* si quis vos interrogaverit, dicite: opus Domino est.

Solventes adduxerunt ad Jesum, et imposuerunt illi vestimenta sua, \* et sedit super eum.

Alii expandebant vestimenta sua in via: \* alii ramos de arboribus sternebant.


Et qui sequebantur, clamabant: \* Hosanna, benedictus! qui venit in nomine Domini.

Benedictum regnum patris nostri David: \* Hosanna in excelsis, miserere nobis Fili David.

*Alia antiphona. (Joann. 12.)*



Cum au dis set po pu lus, qui a Je sus ve nit Je ro so ly mam, \* ac-




ce pe runt ra mos pal ma rum.



Et exierunt ei obviam: \* et clamabant pueri, dicentes:  
 Hic est, \* qui venturus est in salutem populi.  
 Hic est salus nostra, \* et redemptio Israël.  
 Quantus est iste, \* cui throni, et dominationes occurrunt!  
 Noli timere filia Sion: \* ecce rex tuus venit tibi, sedens super  
 pullum asinae, sicut scriptum est.  
 Salve rex, fabricator mundi, \* qui venisti redimere nos.

*Alia antiphona. (Ibidem.)*



Occurrerunt ei pueri, \* et in manibus portabant ramos palmarum.  
 Et clamabant voce magna, dicentes: \* Hosanna in excelsis.  
 Benedictus! qui venisti in multitudine misericordiae tuae: \* Ho-  
 sanna in excelsis.

*Alia antiphona.*

Occurrunt turbae cum floribus, et palmis redemptori obviam: \*  
 et victori triumphanti digna dant obsequia.  
 Filium Dei ore gentes praedicant: \* et in laudem Christi voces  
 tonant per nubila: Hosanna in excelsis.

*Alia antiphona.*

Cum angelis, et pueris fideles inveniamur, \* triumphatori mortis  
 clamantes: Hosanna in excelsis.

*Alia antiphona.*

Turba multa, quae convenerat ad diem festum, clamabat Domi-  
 no: \* Benedictus! qui venit in nomine Domini, Hosanna in  
 excelsis.

*3. In reversione processionis duo, vel quatuor cantores intrant in  
 ecclesiam, et clauso ostio stantes versa facie ad processionem, inci-*




*piunt V. Gloria, laus &c. et decantant duos primos versus. Sacerdos vero cum aliis extra ecclesiam repetit eosdem. Deinde qui sunt intus, cantant versus sequentes, vel omnes, vel partem, prout videbitur, et qui sunt extra, ad quoslibet duos versus respondent: Gloria, laus &c. sicut a principio.*



*V.* Glo ri a, laus, et ho nor, ti bi sit rex Chri ste re demp tor:




Cu i pu e ri le de cus promp sit Ho san na pi um.




*R.* Glo ri a, laus &c.



Is ra ël es tu rex, Da vi dis et in cly ta pro les: No-



mi ne qui in Do mi ni, rex be ne dic te, ve nis.







*R.* Glo ri a, laus &c.



Coe tus in ex cel sis te lau dat coe li cus om nis: Et mor-










Rex bo ne, rex cle mens, cu i bo na cunc ta pla cent. *R.* Glo-



ri a, laus &c.

4. *Postea subdiaconus hastili crucis percutit portam, qua statim aperta processio intrat ecclesiam, cantando responsorium :*



*R.* In gre di en te Do mi no in sanc tam ci vi ta-



tem, He brae o rum pu e ri re sur rec ti o nem



vi tae pro nun ti an tes, \* Cum ra mis pal-



ma rum, Ho san na cla ma bant in ex-



cel sis. *V.* Cum au dis set po pu lus, quod Je sus ve-





*Et non dicitur Gloria Patri.*

*5. Deinde dicitur missa, et rami tenentur in manibus, dum cantatur passio, et evangelium tantum.*

### III. Ordo servandus in litaniarum majorum processione, quae in festo s. Marci celebratur.

*1. Hora statuta mane populo in ecclesia parochiali congregato, clerus ad altare majus accedat, omnesque contrito et humili corde Deum flexis genibus paulisper precentur.*

*2. Sacerdos pluviali et stola cum ministris, vel saltem superpelliceo et stola violacei coloris sit indutus.*

*3. Caeteri vero sacerdotes et clerici superpelliceis induti, sequentem antiphonam stantes concinant:*



*Psalm.* De us, au ri bus no stris au di vi mus: pa tres no stri






an nun ti a ve runt no bis.



Glo ri a Pa tri, et Fi li o, et Spi ri tu i



Sanc to. *Et repetitur antiphona: Exurge, Domine &c.*

4. *Deinde genuflectant omnes, et duo clerici ante altare majus genuflexi, devote litanias, ut supra pag. 94., cantare incipiant, caeteris eadem voce respondentibus.*

5. *Cum autem cantatum erit:*



Sanc ta Ma ri a, O ra pro no bis;

*surgunt omnes, et ordinatim procedunt, egredientes et litanias usque ad: Pater noster, exclusive prosequentes, praecedente cruce et sequente clero, ultimo loco sacerdos paratus, ut supra dictum est, cum ministris, prout res vel locus postulat, sacris vestibus indutis.*

6. *Egrediente, progrediente et revertente processione pulsantur campanae ecclesiarum, de qua et ad quam instituitur, et apud quam transit processio. Clerus adscriptus ecclesiae, ad quam dirigitur processio, huic usque ad januam ecclesiae obviam procedat, superpelliceis indutus.*

7. *Si processio sit longior, vel repetantur litaniae, vel litanis absolutis usque ad preces exclusive, dicantur aliqui psalmi ex poenitentialibus, ut supra pag. 89., seu gradualibus. Hymni vero, vel cantica laetitiae in iis vel in rogationibus, aut aliis poenitentiae causa institutis processionibus non dicantur.*

8. *Haec processio semper instituatur Labaci ab ecclesia cathe-*



*drali ad aliam ecclesiam juxta consuetudinem civitatis, ruri autem ab ecclesia parochiali ad ecclesiam filialem propius adjacentem, vel aliam pro loci consuetudine, non tamen nimis distantem, et nunquam ultra limites parochiae.*

*9. Ingressus sacerdos cum clero ecclesiam, ad quam dirigitur processio, facta altari reverentia, recedit ad sacristiam, ubi cum ministris paratur ad celebrandam missam solemnem cum concione. Celebretur autem missa rogarionum, et non s. Marci, nisi fuerit titulus ecclesiae.*

*10. His peractis pro loci consuetudine vel egrediuntur, et resumptis precibus eodem ordine, quo venerunt, procedunt et revertuntur ad ecclesiam parochialem, vel in ecclesia, ad quam processio dirigebatur; manent; et vel in ecclesia parochiali, si ad illam reversi fuerint, vel in ecclesia filiali, si in illa manserint, omnibus de clero ad altare majus genuflexis, sacerdos dicit, ut supra pag. 96. Pater noster &c., dein clero, vel choro respondente, psalmum 69. Deus, in adjutorium meum intende &c. cum precibus adnexis; dicto autem versiculo: Domine, exaudi orationem meam, surgit et stando dicit: V. Dominus vobiscum, cum orationibus, pag. 97. — 98., et versiculis in fine orationum positus, cum quibus terminatur processio.*

*11. Peractis his precibus, sacerdos clerum et populum aspergit aqua benedicta, et deinde omnes discedunt.*

*12. Quodsi in parochia praeter ecclesiam parochialem nulla alia ecclesia existat, ad quam dirigi posset processio, haec ab ecclesia parochiali per semihorae viam facta, ad parochialem iterum revertatur, in qua celebretur missa, habeatur concio, et terminetur dein processio cum precibus et orationibus ut supra.*

#### IV. Ordo servandus in litanis minoribus rogarionum, triduo ante ascensionem D. N. J. C.

*In processionibus et litanis minoribus, quae rogationes vocantur, et fiunt tribus diebus ante ascensionem Domini, servantur omnia, ut supra in litaniarum majorum processione, quae in festo s. Marci celebratur, ita tamen, ut qualibet die, Labaci ab ecclesia cathedrali ad aliam ecclesiam juxta consuetudinem civitatis, ruri autem ab ecclesia parochiali ad aliam ecclesiam filialem, si in parochia plures existant, secus per alias saltem vias dirigatur processio.*



## V. De processione in festo Sanctissimi Corporis Christi.

1. *Decenter ornentur, quatenus fieri potest, ecclesiae et parietes viarum, per quas est transeundum, tapetibus et aulaeis et sacris imaginibus, non autem profanis, aut vanis figuris, seu indignis ornamentis. Item omnes viae et plateae, per quas venerabile sacramentum portabitur, sint mundatae.*

2. *In quatuor distinctis locis, versus quatuor mundi plagas, orientem, occidentem, meridiem et septentrionem respicientibus, erecta sint quatuor altaria ex ligno, cum umbellis seu tectis pulchre ac decenter ornata, et corporalibus mundis strata, super quibus collocari possit ostensorium, seu monstrantia, dum quatuor evangeliorum initia decantantur.*

3. *Deputentur principales aliquot viri pro portando baldachino (seu umbella), sub quo officiator cum venerabili sacramento processionally incedere debet.*

4. *Adsint quatuor, vel duo saltem diaconi parati, cantaturi quatuor evangeliorum initia.*

5. *Sacerdos primum celebret missam solemnem, in qua duas hostias consecret, et sumpta una, alteram in ostensorium (seu monstrantiam) in processione deferendum ita reponat, ut per vitrum, seu crystallum, quo ipsum ostensorium circumseptum esse debet, exterius adorantibus appareat, veloque operiatur, donec auferatur ab altari.*

6. *Peracto sacrificio, quando processio est inchoanda, sacerdos stola et pluviali albo indutus, imponit stans absque benedictione incensum, et ter incensat sacramentum genuflexus, ante ac post, profundam capitis inclinationem faciens. Deinde diaconus oblongum ac decens velum circumponit scapulis sacerdotis, qui ad altare ascendit, et parte veli ante pectus pendente utraque manu cooperta ostensorium (seu monstrantiam) a diacono sibi porrectum reverenter suscipit in supremo altaris gradu, et sacramentum ante faciem tenens vertit se ad populum, inde descendit sub umbellam, comitantibus ministris, et duo acolythi, vel clerici cum thuribulis effumantibus praecedunt.*

7. *Omnes praecedunt nudo capite, accensos cereos aut faces gestantes, et sequentes hymnos pro longitudine processione totos, vel ex parte, prout tempus feret, devote concinentes. Dum vero sacerdos discedit ab altari, clerus vel sacerdos cantare incipit sequentem hymnum, quem chorus vel clerus prosequitur.*





Pan ge lin gua glo ri o si Cor po ris my ste ri um, San-  
 gui nis que pre ti o si, Quem in mun di pre ti um Fruc-  
 tus ven tris ge ne ro si Rex ef fu dit gen ti um.

Nobis datus, nobis natus,  
 Ex intacta virgine:  
 Et in mundo conversatus,  
 Sparso verbi semine,  
 Sui moras incolatus  
 Miro clausit ordine.

In supremæ nocte coenæ,  
 Recumbens cum fratribus,  
 Observata lege plene  
 Cibus in legalibus,  
 Cibum turbae duodenæ  
 Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum  
 Verbo carnem efficit:  
 Fitque sanguis Christi merum,  
 Etsi sensus deficit:

Ad firmandum cor sincerum  
 Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum  
 Veneremur cernui:  
 Et antiquum documentum  
 Novo cedat ritui:  
 Praestet fides supplementum  
 Sensuum defectui.

Genitori, Genitoque  
 Laus et jubilatio,  
 Salus, honor, virtus quoque,  
 Sit et benedictio:  
 Procedenti ab utroque  
 Compar sit laudatio.  
 Amen.

8. *Hymno inchoato processio jam ordinata sub pulsu campanarum progreditur, et quidem clerus hac serie: Religiosi cum sua cruce aut vexillo, et ornamentis ecclesiasticis, cum cereis accensis. Chorus musicus. Crux cleri saecularis, quam fert acolythus superpel-*



liceo indutus, medius inter duos alios acolythos luminaria ferentes. Clerus saecularis per ordinem, indutus paramentis sacris. Duo diaconi, vel quatuor, si haberi possint. Thuriferarii duo incensantes alternis vicibus continuo venerabile sacramentum, cum socio naviculam cum incenso portante. Baldachinum (seu umbella), sub quo sacerdos cum venerabili sacramento capite nudo incedit, medius inter duos diaconos, si vero haberi non possunt, duo clerici superpelliceis induti id praestent, et fimbrias pluvialis eundo elevent. Ab utraque parte baldachini seu umbellae viri aliquot honesti, item faces vel cereos accensos in manibus gestantes. Post baldachinum seu umbellam ceremoniarius cum suo socio, vel duo clerici superpelliceis induti pro necessitate officiatoris et processionis occurrente. Magistratus saeculares eo ordine procedent, qui lege propria praescribitur; nobiles autem, cives, et alii quicumque laici, qui processioni interfuerint, servabunt ordinem pro cuiusque loci more, ita tamen, ut primum viri detectis capitibus, post eos foeminae, bini et binae omnes, progrediantur, sanctissimum sacramentum devote adorantes, et cereos accensos, quicumque voluerint, in manibus gestantes.

### Statio prima.

9. Postquam ad primum altare perventum fuerit, silent campanae; diaconus, (si adsit), cum debita reverentia et genuflexione accipiet de manu ipsius sacerdotis stantis ss. sacramentum, et illud super altare collocabit, sacerdos autem stans imponet thus absque benedictione in thuribulum, et genuflexus ter thurificabit; (secus sacerdos ipse id reverenter deponet, thurificabit, et perficiet etiam reliqua ipse solus.)

10. Deinde unus ex quatuor diaconis genuflexus ante venerabile sacramentum dicit:

Munda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiae prophetae calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum evangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et accepto libro evangeliorum, illum ambabus manibus ante pectus tenens, cum reverentiis debitis petit benedictionem ab officiatore, dicens: Jube domne benedicere.

Officiator respondet: Dominus sit in corde tuo, et in labiis tuis,



ut digne et competenter annunties evangelium suum: In nomine Patris, et Filii †, et Spiritus Sancti. Amen.

*Et habita benedictione, praecedentibus thuriferario et duobus ceroferariis cum candelabris et cereis accensis, accedit ad locum evangelii, et alio diacono, medio inter duos ceroferarios, librum evangeliorum tenente, cantat: V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Mox pollice manus dexteræ signo crucis signans primo librum in principio evangelii, quod est cantaturus, postea seipsum in fronte, ore et pectore, prosequitur: V. Initium sancti evangelii secundum Matthaeum. Interim officiator stans cum aliis se etiam signat, et dum respondetur: R. Gloria tibi Domine, diaconus ter librum incensat, hoc est, in medio, a dextris, et a sinistris, et junctis ante pectus manibus cantat sequens evangelium: (Matth. I. 1.—16.)*

**Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Jacob: Jacob autem genuit Judam et fratres ejus. Judas autem genuit Phares et Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron: Esron autem genuit Aram: Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson: Naasson autem genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth: Obed autem genuit Jesse: Jesse autem genuit David regem. David autem rex genuit Salomonem ex ea, quae fuit Uriae. Salomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiam: Abias autem genuit Asa: Asa autem genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram: Joram autem genuit Oziam: Ozias autem genuit Joatham: Joatham autem genuit Ahaz: Ahaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen: Manasses autem genuit Amon: Amon autem genuit Josiam: Josias autem genuit Jechoniam et fratres ejus in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis Jechonias genuit Salathiel: Salathiel autem genuit Zorobabel: Zorobabel autem genuit Abiud: Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor: Azor au-**



tem genuit Sadoc: Sadoc autem genuit Achim: Achim autem genuit Eliud: Eliud autem genuit Eleazar: Eleazar autem genuit Mathan: Mathan autem genuit Jacob: Jacob autem genuit Joseph, virum Mariae, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

*Cantato evangelio alius diaconus tenens librum, portet adhuc apertum ad officiatorem, qui textum cantatum osculatur, dicens: Per evangelica dicta deleantur nostra delicta. Amen; et incensatur.*

*11. Tunc omnes genuflectunt, et officiator cantat sequentes preces cum orationibus, choro vel clero respondente:*

℣. A fulgure et tempestate.

℞. Libera nos, Domine.

℣. A peste, fame, bello, et ab omni malo.

℞. Libera nos, Domine.

℣. A subitanea et improvisa morte.

℞. Libera nos, Domine.

℣. Ut fructus terrae dare et conservare digneris.

℞. Te rogamus, audi nos.

℣. Ut inimicos sanctae ecclesiae humiliare digneris.

℞. Te rogamus, audi nos.

℣. Ut domnum apostolicum (\*), et omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris.

℞. Te rogamus, audi nos.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat. *Deinde officiator stans dicit:*

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.

Deus, qui culpa offenderis, et poenitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuae iracundiae, quae pro

(\*) Sede papali vacante ommissis verbis: Domnum apostolicum: dicatur: Ut omnes ecclesiasticos ordines &c.



peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum.  
R. Amen.

*12. Postea officiator stans incensum imponit absque benedictione, et genuflexus ter incensat venerabile sacramentum, resumptoque super humeros velo oblongo, monstrantiam a diacono stante (si adsit) genuflexus reverenter recipit, (secus officiator ipse surgit, ad altare ascendit, factaque genuflexione, venerabile sacramentum utraque manu apprehendens) vertit se ad populum, et formans cum sanctissimo sacramento unicum signum crucis, cantat:*

Coelesti benedictione benedicatur, custodiatur, et conservetur locus iste, et in eo habitantes; agri quoque, et terrae fructus. In nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. R. Amen.

*13. Data benedictione progreditur processio sub pulsu campanarum ad secundum altare, et clerus vel chorus per viam processionis cantat sequentem hymnum:*



Sa cris so lem ni is junc ta sint gau di a, \* Et ex prae-  
cor di is so nent prae co ni a: \* Re ce dant ve te ra,  
no va sint om ni a, \* Cor da, vo ces, et o pe ra.

Noctis recolitur coena novissima,  
Qua Christus creditur agnum et  
azyma  
Dedisse fratribus, juxta legitima,  
Priscis indulta patribus.

Post agnum typicum, expletis epu-  
lis,  
Corpus dominicum datum discipulis,  
Sic totum omnibus, quod totum sin-  
gulis,  
Ejus fatemur manibus.



Dedit fragilibus Corporis ferculum,  
Dedit et tristibus Sanguinis poculum;  
Dicens: accipite, quod trado, vas-  
culum,  
Omnes ex eo bibite.

Sic sacrificium istud instituit,  
Cujus officium committi voluit  
Solis presbyteris, quibus sic con-  
gruit,  
Ut sumant, et dent caeteris.

Panis angelicus fit panis hominum,  
Dat panis coelicus figuris terminum,  
O res mirabilis! manducat Domi-  
num

Pauper servus, et humilis.

Te trina Deitas, unaque poscimus,  
Sic nos tu visita, sicut te colimus:  
Per tuas semitas duc nos, quo ten-  
dimus,  
Ad lucem, quam inhabitas. Amen.

### Statio secunda.

*14. Cum ad secundum altare pervenerit processio, silent campanae; diaconus cum debita reverentia et genuflexione accipiet de manu ipsius sacerdotis stantis ss. sacramentum, et illud super altare collocabit, sacerdos autem stans imponet thus absque benedictione in thuribulum, et genuflexus ter thurificabit.*

*15. Deinde unus ex quatuor diaconis genuflexus ante venerabile sacramentum dicit: Munda cor meum &c., et accepto libro petit benedictionem (ut supra pag. 262. Nro. 10.) ab officiatore, dicens: Jube domne benedicere, et habita benedictione, alio diacono librum evangeliorum tenente, cantat:*

*℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.*

*Et signans librum, et se ipsum fronte, ore et pectore, prosequitur:*

*℣. Initium sancti evangelii secundum Marcum.*

*Interim, dum respondetur: ℞. Gloria tibi Domine, incensat librum, et deinde cantat sequens evangelium. (Marci I. 1—8.)*

Initium evangelii Jesu Christi Filii Dei, sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce, ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto: parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Fuit Joannes in deserto baptizans, et praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Judaeae regio, et Jeroso-



lymitae universi, et baptizabantur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata sua. Et erat Joannes vestitus pilis cameli, et zona pellicea circa lumbos ejus: et locustas, et mel silvestre edebat. Et praedicabat dicens: Venit fortior me post me: cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus. Ego baptizavi vos aqua: ille vero baptizabit vos Spiritu Sancto.

*Officiator osculatur librum (ut supra) sibi delatum, dicens: Per evangelica dicta deleantur nostra delicta. Amen; et incensatur.*

*16. Tunc omnes genuflectunt, et officiator cantat sequentes preces cum orationibus, choro vel clero respondente:*

℣. A fulgure et tempestate.

℞. Libera nos, Domine.

℣. A peste, fame, bello, et ab omni malo.

℞. Libera nos, Domine.

℣. A subitanea et improvisa morte.

℞. Libera nos, Domine.

℣. Ut fructus terrae dare et conservare digneris.

℞. Te rogamus, audi nos.

℣. Ut inimicos sanctae ecclesiae humiliare digneris.

℞. Te rogamus, audi nos.

℣. Ut imperatorem nostrum N., totamque austriacam domum protegere et prosperare digneris.

℞. Te rogamus, audi nos.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat. *Deinde officiator stans dicit:*

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera:



da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.


*17. Postea officiator stans incensum imponit absque benedictione, et genuflexus ter incensat venerabile sacramentum, resumptoque super humeros velo oblongo, monstrantiam a diacono stante genuflexus reverenter recipit, vertit se ad populum, et formans cum ss. sacramento unicum signum crucis, cantat:*

Coelesti benedictione benedicatur, custodiatur, et conservetur locus iste, et in eo habitantes; agri quoque, et terrae fructus. In nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. R. Amen.


*18. Data benedictione progreditur processio sub pulsu campanarum ad tertium altare, et clerus vel chorus per viam processionis cantat sequentem hymnum:*



Ver bum su per num pro di ens, \* Nec Pa tris lin quens



dex te ram, \* Ad o pus su um ex i ens, \* Ve nit ad vi-



tae ve spe ram.

In mortem a discipulo  
Suis tradendus aemulis,  
Prius in vitae ferculo  
Se tradidit discipulis.

Quibus sub bina specie  
Carnem dedit et Sanguinem:  
Ut duplicis substantiae  
Totum cibaret hominem.



Se nascens dedit socium,  
Convalescens in edulium,  
Se moriens in pretium,  
Se regnans dat in praemium.

O salutaris hostia!  
Quae coeli pandis ostium;

Bella premunt hostilia,  
Da robur, fer auxilium.

Uni trinoque Domino  
Sit sempiterna gloria,  
Qui vitam sine termino  
Nobis donet in patria. Amen.

### Statio tertia.

19. *Cum ad tertium altare pervenerit processio, silent campanae; diaconus cum debita reverentia et genuflexione accipiet de manu ipsius sacerdotis stantis ss. sacramentum, et illud super altare collocabit, sacerdos autem stans imponet thus absque benedictione in thuribulum, et genuflexus ter thurificabit.*

20. *Deinde unus ex quatuor diaconis genuflexus ante venerabile sacramentum dicit: Munda cor meum &c., et accepto libro petit benedictionem, (ut supra pag. 262. Nro. 10.) ab officiatore, dicens: Jube domne benedicere, et habita benedictione, alio diacono librum evangeliorum tenente, cantat:*

*℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.*

*Et signans librum, et se ipsum fronte, ore et pectore, prosequitur:*

*℣. Initium sancti evangelii secundum Lucam.*

*Interim, dum respondetur: ℞. Gloria tibi Domine, incensat librum, et deinde cantat sequens evangelium. (Luc. 1. 5—17.)*

Fuit in diebus Herodis, regis Judaeae, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, et uxor illius de filiabus Aaron, et nomen ejus Elisabeth. Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela. Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, et ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suae ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit, ut incensum poneret, ingressus in templum Domini. Et omnis multi-



tudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, et timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua: et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, et vocabis nomen ejus Joannem, et erit gaudium tibi et exultatio: et multi in nativitate ejus gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino, et vinum et siceram non bibet: et Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suae: et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum. Et ipse praecedet ante illum in spiritu et virtute Eliae: ut convertat corda patrum in filios, et incredulos ad prudentiam justorum: parare Domino plebem perfectam.

*Officiator osculatur librum (ut supra) sibi delatum, dicens: Per evangelica dicta deleantur nostra delicta. Amen; et incensatur.*

*21. Tunc omnes genuflectunt, et officiator cantat sequentes preces cum orationibus, choro vel clero respondente:*

℣. A fulgure et tempestate.

℟. Libera nos, Domine.

℣. A peste, fame, bello, et ab omni malo.

℟. Libera nos, Domine.

℣. A subitanea et improvisa morte.

℟. Libera nos, Domine.

℣. Ut fructus terrae dare et conservare digneris.

℟. Te rogamus, audi nos.

℣. Ut inimicos sanctae ecclesiae humiliare digneris.

℟. Te rogamus, audi nos.

℣. Ut regibus et principibus christianis pacem, et veram concordiam donare digneris.

℟. Te rogamus, audi nos.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat. *Deinde officiator stans dicit:*

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.



## O r e m u s.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.

Clementiam tuam, omnipotens Deus, suppliciter deprecamur, ut benedicere, visitare et irrigare digneris fruges et fines servorum tuorum, noxias tempestates amoveas, inundationem coërceas imbrum, spiritales repellas nequitias, aërem salubrem indulgeas, et ab omni nos inimicorum infestatione in pace defendas, quos corpore et sanguine Filii tui a morte perpetua redemisti. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*22. Postea officiator stans incensum imponit absque benedictione, et genuflexus ter incensat venerabile sacramentum, resumptoque super humeros velo oblongo, monstrantiam a diacono stante genuflexus reverenter recipit, vertit se ad populum, et formans cum ss. sacramento unicum signum crucis, cantat:*

Coelesti benedictione benedicatur, custodiatur, et conservetur locus iste, et in eo habitantes; agri quoque, et terrae fructus. In nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. R. Amen.

*23. Data benedictione progreditur processio sub pulsu campanarum ad quartum altare, et clerus vel chorus per viam processionis cantat sequentem hymnum:*

Sa lu tis hu ma nae sa tor, \* Je su vo lup tas cor di-  
um, \* Or bis re demp ti con di tor, \* Et ca sta lux a man ti um.

Qua victus es clementia,  
Ut nostra ferres crimina,  
Mortem subires innocens,  
A morte nos ut tolleres?

Perrumpis infernum chaos,  
Vinctis catenas detrahis;  
Victor triumpho nobili  
Ad dexteram Patris sedes.



Te cogat indulgentia,  
 Ut damna nostra sarcias,  
 Tuique vultus compotes  
 Dites beato lumine.

Tu dux ad astra, et semita,  
 Sis meta nostris cordibus,  
 Sis lacrymarum gaudium,  
 Sis dulce vitae praemium. Amen.

### Statio quarta.

24. Cum ad quartum altare pervenerit processio, silent campanae; diaconus cum debita reverentia et genuflexione accipiet de manu ipsius sacerdotis stantis ss. sacramentum, et illud super altare collocabit, sacerdos autem stans imponet thus absque benedictione in thuribulum, et genuflexus ter thurificabit.

25. Deinde unus ex quatuor diaconis genuflexus ante venerabile sacramentum dicit: Munda cor meum &c., et accepto libro petit benedictionem, (ut supra pag. 262. Nro. 10.,) ab officiatore, dicens: Jube domne benedicere, et habita benedictione, alio diacono librum evangeliorum tenente, cantat:

ψ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Et signans librum, et se ipsum fronte, ore et pectore, prosequitur:

ψ. Initium sancti evangelii secundum Joannem.

Interim, dum respondetur: R. Gloria tibi Domine, incensat librum, et deinde cantat sequens evangelium: (Joan. 1. 1-14.)

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non



cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *(Hic genuflectitur versus librum)* Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.

*Sacerdos osculatur librum (ut supra) sibi delatum, dicens: Per evangelica dicta deleantur nostra delicta. Amen; et incensatur.*

*26. Tunc omnes genuflectunt, et officiator cantat sequentes preces cum orationibus, choro vel clero respondente:*

℣. A fulgure et tempestate.

℞. Libera nos, Domine.

℣. A peste, fame, bello, et ab omni malo.

℞. Libera nos, Domine.

℣. A subitanea et improvisa morte.

℞. Libera nos, Domine.

℣. Ut fructus terrae dare et conservare digneris.

℞. Te rogamus, audi nos.

℣. Ut inimicos sanctae ecclesiae humiliare digneris.

℞. Te rogamus, audi nos.

℣. Ut provinciam istam, ejusque optimates gratiis tuis augmentare digneris.

℞. Te rogamus, audi nos.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat. *Deinde officiator stans dicit:*

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.



Parce, Domine! parce populo tuo, et nullis nos patiaris adversitatibus, bellis, morbis, tempestatibus, ac periculis fatigari, quos pretioso Filii tui, Domini nostri Jesu Christi Corpore et Sanguine redemisti. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*27. Postea officiator stans incensum imponit absque benedictione, et genuflexus ter incensat venerabile sacramentum, resumptoque super humeros velo oblongo, monstrantiam a diacono stante genuflexus reverenter recipit, vertit se ad populum, et formans cum ss. sacramento unicum signum crucis, cantat:*

Coelesti benedictione benedicatur, custodiatur et conservetur locus iste, et in eo habitantes; agri quoque, et terrae fructus. In nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. R. Amen.

*28. Data benedictione reducitur processio sub pulsu campanarum ad ecclesiam, a qua exivit; et dum sacerdos discedit ab altari, clerus, vel chorus cantare incipit sequentem hymnum:*



Ae ter ne rex al tis si me, \* Re demp tor et fi de-  
li um, \* Cui mors pe remp ta de tu lit \* Sum mae tri um phum  
glo ri ae.

Ascendis orbes siderum,  
Quo te vocabat coelitus  
Collata, non humanitus  
Rerum potestas omnium.

Ut trina rerum machina,  
Coelestium, terrestrium,

Et inferorum condita  
Flectat genu jam subdita.

Tremunt videntes angeli  
Versam vicem mortalium,  
Peccat caro, mundat caro,  
Regnat Deus Dei caro.



Sis ipse nostrum gaudium,  
Manens olympto praemium,  
Mundi regis qui fabricam,  
Mundana vincens gaudia.

Hinc te precantes quaesumus,  
Ignosce culpis omnibus,  
Et corda sursum subleva  
Ad te superna gratia.

Ut cum repente coeperis  
Clarere nube judicis,  
Poenas repellas debitas,  
Reddas coronas perditas.

Jesu, tibi sit gloria,  
Qui victor in coelum redis,  
Cum Patre et almo Spiritu  
In sempiterna saecula. Amen.

*29. Peracta processione, et ss. sacramento ad ecclesiam reportato et super altare deposito, omnes ecclesiastici, qui adsunt, hinc inde ordine genuflexi illud reverenter adorant. Postea duo de clero dicant:*

*℣. Panem de coelo praestitisti eis, alleluja.*

*℟. Omne delectamentum in se habentem, alleluja.*


*Deinde officiator stans dicit:*

*℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.*

### O r e m u s.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

*30. Postea officiator thure absque benedictione imposito in thuribulum, ss. sacramentum triplici ductu incensat, resumptoque super humeros velo oblongo, ascendit ad altare, et ostensorium a diacono stante genuflexus reverenter recipit (ut supra pag. 260. Nro. 6.) in supremo altaris gradu, surgit et ss. sacramentum ante faciem tenens se vertit ad populum, cantans primi hymni sequentia verba:*



Tan tum er go Sa cra men tum.

*Clerus vel chorus reliquam hymni partem (ut supra pag. 261.) prosequitur; dein iterum officiator cantat:*





*Erga finem hymni, quem clerus vel chorus prosequitur, officiator cum ss. sacramento format super populum, unicum signum crucis nihil dicens; postea diaconus, si adsit, alias officiator ipse, illud reverenter ad tabernaculum reponit, quo facto omnes recedunt ad sacristiam.*

## De supplicationibus et processionibus extraordinariis.

1. *Supplicationes extraordinariae sunt, quae certum tempus non habent, sed variis ac publicis ecclesiae de causis in dies ab ordinario indicuntur; v. g. I. ad petendam pluviam; II. ad postulandam serenitatem; III. tempore penuriae et famis; IV. tempore mortalitatis et pestis; V. tempore belli, vel VI. in quacunque alia tribulatione.*

2. *Hae supplicationes fiunt vel manendo in ecclesia parochiali, vel ab ecclesia exeundo et processionaliter progrediendo.*

3. *Processiones quascumque extraordinarias mox dictis vel aliis de causis absque speciali ab ordinario praevie requisita et obtenta facultate celebrare parochi non praesumant, neque tolerant, ut populus processionem ipse solus instituat.*

4. *Supplicationes ad petendam pluviam, et ad postulandam serenitatem in ecclesia parochiali absque ulla processione peragendas, emergente simili angustia, instituendi parochis quidem facultatem impertimur, ea tamen lege, ut consensum decani ad id praevie requirant.*

5. *Hoc obtento supplicatio instituenda populo aliquot diebus ante publicetur, dein vero ita instituatur, ut tribus ad minimum diebus consecutivis mane, et in illis locis, ubi populo per montes minus disperso facilior ad ecclesiam parochialem est accessus, ideoque copiosior confluere solet, etiam a meridie per horam integram Ss. Eucharistiae sacramentum in ecclesia parochiali publicae adorationi exponatur, et tam mane post missam, quam a meridie in ecclesia parochiali litaniae ordinariae cum precibus et orationibus (ut infra) recitentur.*



6. *Quodsi Ss. sacramentum adorandum in altari exponitur, id fieri sine thurificatione non debet, cum ab initio, tum in fine; thus stando imponitur absque benedictione, incensatio autem fit flexis genibus et triplici ductu, facta, ante et post, profunda capitis inclinatione. Item omnes ante illud transeuntes, cujuscunque conditionis aut ordinis sint; seu ad illud accedentes, seu ab eodem recedentes, semper utroque genu flectere debent, cum profunda capitis inclinatione.*

7. *Supplicationes autem tempore penuriae et famis, tempore mortalitatis et pestis, tempore belli, vel in quacumque alia tribulatione, quamvis sine processione, in ecclesia parochiali peragendas absque praevia licentia ordinarii instituere parochis nequaquam licet, sed edictum ordinarii desuper expectent, quo obtento ea, quae mandaverit, observent, quamobrem etiam preces et orationes his occasionibus dicendas hic annectimus.*

## I. Preces dicendae in litaniiis ad petendam pluviam.

*Die et hora statuta populo in ecclesia congregato, sacerdos cum ministris ante altare majus genuflexus devote litanias recitare incipit a: Kyrie eleison &c., ut supra pag. 94., easque populo respondente prosequitur, et cum in litaniarum obsecrationibus dictum fuerit:*

*Ut animas nostras, fratrum, propinquorum &c., bis adjungatur:*

*℣. Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris.*

*℞. Te rogamus, audi nos.*

*In fine litaniarum dicto ultimo: Kyrie eleison, dicit sacerdos:*

*Pater noster. secreto.*

*℣. Et ne nos inducas in tentationem.*

*℞. Sed libera nos a malo.*

## Psalmus 146.

Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: \* Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.

Aedificans Jerusalem Dominus: \* dispersiones Israël congregabit.

Qui sanat contritos corde: \* et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: \* et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus: \* et sapientiae ejus non est numerus.

Susiciens mansuetos Dominus: \* humilians autem peccatores usque ad terram.

Praecinite Domino in confessione: \* psallite Deo nostro in ci-thara.



Qui operit coelum nubibus: \* et parat terrae pluviam.

Qui producit in montibus fenum: \* et herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipsorum: \* et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: \* nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum: \* et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

*Quo finito dicantur preces:*

V. Operi, Domine, coelum nubibus.

R. Et para terrae pluviam.

V. Ut producat in montibus fenum.

R. Et herbam servituti hominum.

V. Riga montes de superioribus tuis.

R. Et de fructu operum tuorum satiabitur terra.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat. *Hic surgit sacerdos et dicit:*

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

**O r e m u s.**

Deus, in quo vivimus, movemur et sumus, pluviam nobis tribue congruentem: ut praesentibus auxiliis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia tua semper protectione muniamur.

Da nobis, quaesumus Domine, pluviam salutarem: et aridam terrae faciem fluentis coelestibus dignanter infunde. Per Dominum nostrum &c. R. Amen.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

V. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

V. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus. R. Amen.

V. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.  
R. Amen.



## II. Preces dicendae in litiis ad postulandam serenitatem.

*Die et hora statuta populo in ecclesia congregato, sacerdos cum ministris ante altare majus genuflexus devote litanias recitare incipit a: Kyrie eleison &c., ut supra pag. 94., easque populo respondente prosequitur, et cum in litaniarum obsecrationibus dictum fuerit: Ut animas nostras, fratrum, propinquorum &c., bis adjungatur:*

℣. Ut fidelibus tuis aëris serenitatem concedere digneris.

℟. Te rogamus, audi nos.

*In fine litaniarum dicto ultimo: Kyrie eleison, dicit sacerdos:*  
Pater noster. *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

### Psalmus 66.

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis &c., *ut supra pag. 180.*  
*In fine: Gloria Patri &c. Sicut erat &c.*

*Quo finito dicantur preces:*

℣. Adduxisti, Domine, spiritum tuum super terram.

℟. Et prohibita sunt pluviae de coelo.

℣. Cum obduxero nubibus coelum.

℟. Apparebit arcus meus, et recordabor foederis mei.

℣. Illustra faciem tuam, Domine, super servos tuos.

℟. Et benedic sperantes in te.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat. *Hic surgit sacerdos et dicit:*

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

Ad te nos, Domine, clamantes exaudi, et aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus: ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua praeveniente, clementiam sentiamus.



Quaesumus, omnipotens Deus, clementiam tuam: ut inundantiam coërceas imbrium, et hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Dominum &c. R. Amen.

℣. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

℣. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus. R. Amen.

℣. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

### III. Preces dicendae in litaniiis tempore penuriae et famis.

*Die et hora statuta populo in ecclesia congregato, sacerdos cum ministris ante altare majus genuflexus devote litanias recitare incipit a: Kyrie eleison &c., ut supra pag. 94., easque populo respondente prosequitur, et in litaniarum obsecrationibus bis dicitur:*

℣. Ut fructus terrae dare, et conservare digneris: R. Te rogamus, audi nos.

*In fine litaniarum, dicto ultimo: Kyrie eleison, dicit sacerdos: Pater noster. secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

### Psalmus 22.

Dominus regit me, et nihil mihi deerit &c., *ut supra pag. 163.*

*In fine: Gloria Patri &c. Sicut erat &c.*

*Quo finito dicantur preces:*

℣. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.

R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Oculi omnium in te sperant, Domine.

R. Et tu das escam illis in tempore opportuno.

℣. Memento congregationis tuae.

R. Quam possedisti ab initio.

℣. Dominus dabit benignitatem.

R. Et terra nostra dabit fructum suum.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat. *Hic surgit sacerdos et dicit:*

℣. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.



## O r e m u s.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

Da nobis, quaesumus, Domine, piae supplicationis effectum, et famem propitiatus averte: ut mortalium corda cognoscant, et te indignantem talia flagella prodire, et te miserante cessare.

Populum tibi subditum pro peccatis suis fame laborantem ad te, Domine, converte propitius, qui quaerentibus regnum tuum omnia adjicienda esse dixisti. Qui vivis et regnas cum Deo Patre &c. R. Amen.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

V. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

V. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus. R. Amen.

V. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

#### IV. Preces dicendae in litaniiis tempore mortalitatis et pestis.

*Die et hora statuta populo in ecclesia congregato, sacerdos cum ministris ante altare majus genuflexus devote litanias recitare incipit a: Kyrie eleison &c., ut supra pag. 94., easque populo respondente prosequitur, et post V. Ab ira tua, dicatur bis:*

V. A peste et fame: R. Libera nos Domine.

*Et cum in litaniarum obsecrationibus dictum fuerit:*

Ut animas nostras, fratrum, propinquorum &c. *bis adjungatur:*

V. Ut a pestilentiae flagello nos liberare digneris.

R. Te rogamus, audi nos.

*In fine litaniarum dicto ultimo: Kyrie eleison; dicit sacerdos: Pater noster. secreto.*

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

#### Psalmus 6.

Domine! ne in furore tuo arguas me &c. *ut supra pag. 157. In fine: Gloria Patri &c. Sicut erat &c.*

*Quo finito dicantur preces:*



℣. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.

℞. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Adjuva nos, Deus, salutaris noster.

℞. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.

℣. Domine, ne memineris iniquitatumstrarum antiquarum.

℞. Cito anticipent nos misericordiae tuae, quia pauperes facti sumus nimis.

℣. Ora pro nobis sancte Sebastiane.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat. *Hic surgit sacerdos et dicit:*

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Exaudi nos, Deus, salutaris noster, et intercedente beata et gloriosa Dei genitrice Maria semper virgine, et beato Sebastiano martyre tuo, et omnibus sanctis, populum tuum ab iracundiae tuae terroribus libera, et misericordiae tuae fac largitate securum.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris: et animarum et corporum medere languoribus, ut remissione percepta, in tua semper benedictione laetemur.

Da nobis, quaesumus Domine, piae petitionis effectum: et pestilentiam, mortalitatemque propitiatus averte, ut mortalium corda cognoscant, et te indignante talia flagella prodire, et te miserante cessare. Per Dominum nostrum &c. ℞. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℞. Deo gratias.

℣. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus. ℞. Amen.

℣. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

℞. Amen.

### V. Preces dicendae in litaniiis tempore belli.

*Die et hora statuta populo in ecclesia congregato, sacerdos cum ministris ante altare majus genuflexus, devote litanias recitare incipit a: Kyrie eleison &c. ut supra pag. 94., easque populo respondente proseguitur, et in fine litaniarum dicto ultimo: Kyrie eleison; sacerdos dicit: Pater noster. secreto.*



℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

## Psalmus 45.

Deus noster refugium et virtus: \*  
adjutor in tribulationibus, quae in-  
venerunt nos nimis.

Propterea non timebimus, dum  
turbabitur terra: \* et transferentur  
montes in cor maris.

Sonuerunt et turbatae sunt aquae  
eorum: \* conturbati sunt montes in  
fortitudine ejus.

Fluminis impetus laetificat civi-  
tatem Dei: \* sanctificavit taberna-  
culum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commo-  
vebitur: \* adjuvabit eam Deus mane  
diluclum.

Conturbatae sunt gentes, et in-

clinata sunt regna: \* dedit vocem  
suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: \*  
susceptor noster Deus Jacob.

Venite et videte opera Domini,  
quae posuit prodigia super terram: \*  
auferens bella usque ad finem terrae.

Arcum conteret, et confringet  
arma: \* et scuta comburet igni.

Vacate et videte, quoniam ego  
sum Deus: \* exaltabor in genti-  
bus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: \*  
susceptor noster Deus Jacob.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

### *Quo finito dicantur preces:*

℣. Exurge, Domine, adjuva nos.

℞. Et libera nos propter nomen tuum.

℣. Salvum fac populum tuum, Domine.

℞. Deus meus, sperantem in te.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℞. Et abundantia in turribus tuis.

℣. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

℣. Arcum contere, et confringe arma.

℞. Et scuta combure igni.

℣. Mitte nobis, Domine, auxilium de sancto.

℞. Et de Sion tuere nos.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat. *Hic surgit sacerdos et dicit:*

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.



## O r e m u s.

Deus, qui conteris bella, et impugnatores in te sperantium potentia tuae defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam, ut inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Hostium nostrorum, quaesumus Domine, elide superbiam: et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne. Per Dominum nostrum &c. R. Amen.

℣. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

℣. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus. R. Amen.

℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

*Si vero bellum est contra Turcas, et alios infideles, vel haereticos, inter preces litaniarum bis dicatur: ℣. Ut inimicos sanctæ ecclesiæ humiliare digneris: R. Te rogamus, audi nos; et addatur: ℣. Ut Turcarum (vel haereticorum) conatus reprimere et ad nihilum redigere digneris: R. Te rogamus, audi nos.*

*In fine litaniarum dicto ultimo: Kyrie eleison; dicit sacerdos: Pater noster. secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

## Psalmus 78.

Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: \* posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus coeli: \* carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Jerusalem: \* et non erat, qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris: \* subsannatio et illusio his, qui in circuitu nostro sunt.

Usquequo, Domine, irasceris in finem: \* accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt: \* et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.



Quia comederunt Jacob: \* et locum ejus desolaverunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiae tuae: \* quia pauperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus, salutaris noster, et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos: \* et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicant in gentibus, ubi est Deus eorum? \* et innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Ultio sanguinis servorum tuorum,

*Quo finito dicantur preces:*

℣. Salvos fac servos tuos.

℞. Deus meus, sperantes in te.

℣. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Hostium nominis tui, Domine, elide superbiam.

℞. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne.

℣. Fiant tanquam pulvis ante faciem venti.

℞. Et angelus Domini persequatur eos.

℣. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt.

℞. Et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

℣. Mitte nobis, Domine, auxilium de sancto.

℞. Et de Sion tuere nos.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat. *Hic surgit sacerdos et dicit:*

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Da, quaesumus, ecclesiae tuae, misericors Deus, ut Sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur.

qui effusus est: \* introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachii tui: \* posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: \* improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi, Domine.

Nos autem populus tuus, et oves pascuae tuae: \* confitebimur tibi in saeculum.

In generationem et generationem: \* annuntiabimus laudem tuam.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.



Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

Omnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates et omnium jura regnorum: respice in auxilium Christianorum, ut gentes Turcarum (*seu* haereticorum), quae in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit &c. R. Amen.

℣. Exaudiat nos Dominus. R. Amen.

## VI. Preces in litiis dicendae in quacunque tribulatione.

*Die et hora statuta populo in ecclesia congregato, sacerdos cum ministris ante altare majus genuflexus, devote litanias recitare incipit a: Kyrie eleison &c. ut supra pag. 94., easque populo respondente prosequitur, et in fine litaniarum dicto ultimo: Kyrie eleison; dicit: Pater noster. secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

## Psalmus 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis: \* protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de sancto, \* et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui: \* et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: \* et omne consilium tuum confirmet.

Laetabimur in salutaris tuo: \* et in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: \* nunc cognovi, quo-

niam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de coelo sancto suo: \* in potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis: \* nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: \* nos autem surreximus et erecti sumus.

Domine, salvum fac regem: \* et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

*Vel psalmus 90. Qui habitat in adjutorio &c. ut supra pag. 111.*



*Quo finito dicantur preces:*

℣. Deus refugium nostrum, et virtus.

℞. Adjutor in tribulationibus.

℣. Salvos fac servos tuos, Domine.

℞. Deus meus, sperantes in te.

℣. Sanctus Deus, sanctus Fortis, sanctus Immortalis.

℞. Miserere nobis.

℣. Adjuva nos, Deus, salutaris noster.

℞. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat. *Hic surgit sacerdos et dicit:*

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

## O r e m u s.

Ne despicias, omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem; sed propter gloriam nominis tui tribulatis succurre placatus.

Ineffabilem misericordiam tuam, Domine, nobis clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

Concede nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatae Mariae semper virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia.

Tribulationem nostram, quaesumus Domine, propitius respice, et iram tuae indignationis, quam juste meremur, averte.

Deus, refugium nostrum, et virtus, adesto piis ecclesiae tuae precibus, auctor ipse pietatis, et praesta, ut, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum &c. ℞. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℞. Deo gratias.

℣. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus. ℞. Amen.

℣. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

℞. Amen.

8. Sacerdos supplicationes supra a Nro. I. pag. 277. usque ad hunc Nrum. VI. inclusive descriptas in ecclesia peragens, phuriali et stola cum ministris, vel saltem superpelliceo et stola violacei coloris sit indutus.



**O r d o s e r v a n d u s ,**  
*quando dictis de causis supplicatio cum processione instituitur.*

9. Quodsi ordinario visum fuerit, data occasione unam alteramve supplicationem ex supradictis cum processione instituere, et edictum desuper ad parochos emittere, parochi idem populo aliquot diebus ante publicabunt, ut, qui interesse debent, vel laudabiliter interesse cupiunt, possint disponi et praeparari.

10. Clerus et populus die horaque statuta mane in ecclesia parochiali congregati, omnes contrito et humili corde Deum flexis genibus paulisper precentur, et quidem clerus (ut supra in litaniarum majorum processione pag. 257. Nr. 1.) ante altare majus genuflexus, et indutus (ut ibi Nr. 2.). Deinde stando cantatur antiphona: Exurge, Domine &c. (ut ibi Nro. 3.), qua repetita flexis genibus incipiuntur litaniae per viam decantandae, processio egreditur, et aguntur omnia, (ut supra pag. 258. Nr. 4—9.). Finita autem missa et concione, processio cum precibus et orationibus propriis, quas hic supra sub Nro. I. pag. 277. usque ad hunc Nrum. VI. pag. 286. et 287. inclusive apposui, terminatur; quibus peractis sacerdos clerum et populum aspergit aqua benedicta, et deinde cum aliis de clero redit ad sacristiam.

11. Meminerint autem parochi, etiam hujusmodi processiones extraordinarias ab ordinario concessas pro consuetudine hujus dioecesis nonnisi tempore antemeridiano ab ecclesia parochiali ad filialem propius adjacentem, vel aliam pro cujusque loci more, et si ecclesia filialis desit, ad parochialem facto semihorae circuitu redeundo, et nunquam ultra parochiae limites, nisi id ab episcopo specialiter fuerit concessum, instituendas, neque pro his sub ullo v. g. fatigii aut itineris titulo mercedem aliquam recipiendam esse.

**De processione pro gratiarum actione.**

1. Etiam hanc processionem, utpote extraordinariam, absque speciali mandato ordinarii celebrare non licet. Quodsi tale edictum ordinarii, vel indictionis monitum publicatum fuerit, celebrans die horaque statuta mane, pluviali et stola, vel saltem superpelliceo et stola albi coloris indutus, medius inter ministros, praecedentibus ceroferariis cum candelis accensis, ad altare procedit, ubi facta profunda inclinatione imagini Crucifixi, aut genuflexione, si in altari habeatur tabernaculum Ss. Sacramenti, stans intonat hymnum sequentem:





Te De um lau da mus &c. ut supra pag. 221.

*2. Quo facto ordinatim procedunt, egredientes, et psalmos, qui sequuntur, dicentes, prout tempus feret.*

## Psalmus 65.

Jubilare Deo omnis terra, psalmum dicite nomini ejus: \* date gloriam laudi ejus.

Dicite Deo: quam terribilia sunt opera tua, Domine: \* in multitudine virtutis tuae mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, et psallat tibi: \* psalmum dicat nomini tuo.

Venite et videte opera Dei: \* terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui convertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: \* ibi laetabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in aeternum, oculi ejus super gentes respiciunt: \* qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

Benedicite gentes Deum nostrum: \* et auditam facite vocem laudis ejus.

Qui posuit animam meam ad vitam: \* et non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos, Deus: \* igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: \* imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem et aquam: \* et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis: \* reddam tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum: \* in tribulatione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: \* offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, et narrabo, omnes, qui timetis Deum: \* quanta fecit animae meae.

Ad ipsum ore meo clamavi: \* et exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo: \* non exaudiet Dominus.

Propterea exaudivit Deus: \* et attendit voci deprecationis meae.

Benedictus Deus: \* qui non amovit orationem meam, et misericordiam suam a me.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.



**Psalmus 80.**

Exultate Deo adiutori nostro: \*  
jubilare Deo Jacob.

Sumite psalmum, et date tympanum: \* psalterium jucundum cum cithara.

Buccinate in Neomenia tuba: \*  
in insigni die solemnitatis vestrae.

Quia praeceptum in Israël est: \*  
et iudicium Deo Jacob.

Testimonium in Joseph posuit illud, cum exiret de terra Aegypti: \*  
linguam, quam non noverat, audivit.

Divertit ab oneribus dorsum ejus: \*  
manus ejus in cophino servierunt.

In tribulatione invocasti me, et liberavi te: \* exaudivi te in abscondito tempestatis, probavi te apud aquam contradictionis.

Audi populus meus, et contesta-  
bor te: \* Israël, si audieris me,  
non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum.

Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: \* dilata os tuum, et implebo illud.

Et non audit populus meus vocem meam: \* et Israël non intendit mihi.

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: \* ibunt in adinventionibus suis.

Si populus meus audisset me: \*  
Israël si in viis meis ambulasset.

Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: \* et super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini mentiti sunt ei: \*  
et erit tempus eorum in saecula.

Et cibavit eos ex adipem frumenti: \* et de petra, melle saturavit eos.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

**Psalmus 95.**

Cantate Domino canticum novum: \*  
cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite  
nomini ejus: \* annuntiate de die  
in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam  
ejus: \* in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis: \* terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium daemonia: \* Dominus autem coelos fecit.

Confessio et pulchritudo in conspectu ejus: \* sanctimonia et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriae gentium,  
afferte Domino gloriam et honorem: \* afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in



atria ejus: \* adorete Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra: \* dicite in gentibus, quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terrae, qui non commovebitur: \* judicabit populos in aequitate.

Laetentur coeli, et exultet terra,

commoveatur mare et plenitudo ejus: \* gaudebunt campi et omnia, quae in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit: \* quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrae in aequitate: \* et populos in veritate sua.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

## Psalmus 99.

Jubilate Deo omnis terra: \* servite Domino in laetitia.

Introite in conspectu ejus: \* in exultatione.

Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus: \* ipse fecit nos, et non ipsi nos.

Populus ejus, et oves pascuae ejus: \* introite portas ejus in con-

fessione, atria ejus in hymnis: confitemini illi.

Laudate nomen ejus, quoniam suavis est Dominus, in aeternum misericordia ejus: \* et usque in generationem et generationem veritas ejus.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

## Psalmus 102.

Benedic anima mea Domino: \* et omnia, quae intra me sunt, nomini sancto ejus.

Benedic anima mea Domino: \* et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: \* qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: \* qui coronat te in misericordia et miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum: \* renovabitur ut aquilae juvenus tua.

Faciens misericordias Dominus: \* et judicium omnibus injuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi: \* filiis Israël voluntates suas.

Miserator et misericors Dominus: \* longanimis et multum misericors.

Non in perpetuum irascetur: \* neque in aeternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis: \* neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem



coeli a terra: \* corroboravit misericordiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente: \* longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: \* quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

Recordatus est, quoniam pulvis sumus: \* homo sicut foenum dies ejus, tanquam flos agri sic effloreat.

Quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet: \* et non cognoscet amplius locum suum.

Misericordia autem Domini ab aeterno: \* et usque in aeternum super timentes eum.

Et justitia illius in filios filiorum: \* his, qui servant testamentum ejus.

Et memores sunt mandatorum ipsius: \* ad faciendum ea.

Dominus in coelo paravit sedem suam: \* et regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes angeli ejus: \* potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

Benedicite Domino omnes virtutes ejus: \* ministri ejus, qui faciunt voluntatem ejus.

Benedicite Domino omnia opera ejus: \* in omni loco dominationis ejus, benedic anima mea Domino.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

## Psalmus 116.

Laudate Dominum omnes gentes: \* laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos

misericordia ejus: \* et veritas Domini manet in aeternum.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

*Psalmus 148. Laudate Dominum de coelis &c. cum duobus sequentibus, ut supra pag. 182. In fine: Gloria Patri &c. Sicut erat &c.*

## Canticum trium puerorum. (Daniel 3.)

Benedicite omnia opera Domini Domino: \* laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite angeli Domini Domino: \* benedicite coeli Domino.

Benedicite aquae omnes, quae super coelos sunt, Domino: \* benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol et luna Domino: \* benedicite stellae coeli Domino.

Benedicite omnis imber et ros Domino: \* benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis et aestus Domino: \* benedicite frigus et aestus Domino.



Benedicite rores et pruina Domino: \* benedicite gelu, et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino: \* benedicite noctes et dies Domino.

Benedicite lux et tenebrae Domino: \* benedicite fulgura et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: \* laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite montes et colles Domino: \* benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: \* benedicite maria et flumina Domino.

Benedicite cete, et omnia, quae moventur in aquis, Domino: \* benedicite omnes volucres coeli Domino.

Benedicite omnes bestiae et pe-

cora Domino: \* benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israël Dominum: \* laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino: \* benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus, et animae iustorum Domino: \* benedicite sancti et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: \* laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicamus Patrem, et Filium, cum Sancto Spiritu: \* laudemus et superexaltemus eum in saecula.

Benedictus es, Domine, in firmamento coeli: \* et laudabilis et gloriosus, et superexaltatus in saecula.

*Canticum Zachariae (Luc. 1): Benedictus Dominus Deus Israël &c. ut supra pag. 184. In fine: Gloria Patri &c. Sicut erat &c.*

*3. Haec autem praedicta, prout longitudo itineris postulaverit, vel omnia, vel ex parte cantari possunt.*

*4. Cum autem processio pervenerit ad ecclesiam, ad quam dirigitur, celebretur ibi missa solemnis cum concione, quibus peractis vel in eadem ecclesia, vel, si opportunius judicabitur, in regressu processionis in ecclesia parochiali ante altare majus sacerdos stans dicat sequentes versus et orationes, cum quibus terminatur processio:*

℣. Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum.

℞. Et laudabilis et gloriosus in saecula.

℣. Benedicamus Patrem, et Filium, cum Sancto Spiritu.

℞. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.

℣. Benedictus es, Domine Deus, in firmamento coeli.

℞. Et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in saecula.



℣. Benedic anima mea Domino.

℞. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Deus, cujus misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus: piissimae Majestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes; ut, qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens ad praemia futura disponas.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Deus, qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis, sed pium precibus praestas auditum: pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te piissime deprecantes, ut a cunctis semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum &c. ℞. Amen.

℣. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. ℞. Amen.

## De processione in translatione sacrarum reliquiarum insignium.

*Obtenta ab episcopo licentia transferendi processionaliter sacras reliquias insignes, ecclesia et viae, per quas transeundum est, quam fieri potest, decentius ornentur. Sacerdotes et ministri vestibus induti albi vel rubri coloris, prout sancti, quorum reliquiae transferuntur, exposcunt, cum luminaribus accensis omnes procedant decantantes litanias, ut supra pag. 94., sine tamen precibus poenitentialibus, sed cum invocatione sanctorum, quorum reliquiae deferuntur, quorumque nomina, si in litiis non numerentur, suo loco inserantur, deinde hymnum: Te Deum &c. ut supra pag. 221., et psalmum 148.: Laudate Dominum de coelis &c., cum duobus sequentibus, ut supra pag. 182., in fine: Gloria Patri &c., et alios psalmos et hymnos de proprio, vel de communi eorum sanctorum, quorum reliquiae transferuntur. Deferre autem reliquias in processionibus ad sacerdotes, nusquam vero ad laicos pertinet.*



## Preces ad repellendam tempestatem.

1. *Immoderatam illam campanarum strepitationem, ac tormentorum explosionem tempore tempestatis exorituræ, cui plebs hinc inde valde addicta reperitur, quæque vitæ pulsanitum sæpe periculosa est, parochus non permittat; ast imminente aliqua tempestate, aliquibus ictibus pulsari potest minor campana, ut populus ad preces pro avertendo fulgure et noxia tempestate fundendas admoneatur.*

2. *Quodsi fideles, qui adesse possunt, ad peragendas has preces in ecclesiam convenerint, omnibus genuflexis, a sacerdote dicantur, populo respondente, litanie ordinariæ, ut supra pag. 94., in quibus bis dicitur: V. A fulgure et tempestate, R. Libera nos Domine.*

3. *In fine litaniarum dicto ultimo: Kyrie eleison; dicit sacerdos: Pater noster. secreto.*

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

## Psalmus 147.

Lauda Jerusalem Dominum: \* lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum: \* benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: \* et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: \* velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: \* nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: \* ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emittet verbum suum, et liquefaciet ea: \* flabit spiritus ejus, et fluent aquae.

Qui annuntiat verbum suum Jacob: \* justitias et judicia sua Israël.

Non fecit taliter omni nationi: \* et judicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

### *Quo finito dicantur preces:*

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Adjuva nos, Deus, salutaris noster.

R. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.



℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Fiat misericordia tua, Domine, super nos.

℞. Quemadmodum speravimus in te.

℣. Salvum fac populum tuum, Domine.

℞. Et benedic haereditati tuae.

℣. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia.

℞. Domine Deus virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat. *Hic surgit sacerdos et dicit:*

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

### O r e m u s.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris; preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

A domo tua, quaesumus Domine, spiritales nequitiae repellantur, et aërearum discedat malignitas tempestatum.

Omnipotens sempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare supplicibus: ut post noxios ignes nubium, et vim procellarum, in materiam transeat laudis comminatio tempestatum.

Domine Jesu, qui imperasti ventis et mari, et facta fuit tranquillitas magna: exaudi preces familiae tuae, et praesta, ut hoc signo sanctae crucis † omnis discedat saevitia tempestatum.

Omnipotens et misericors Deus, qui nos et castigando sanas, et ignoscendo conservas: praesta supplicibus tuis, ut et tranquillitatibus optatae consolationis laetemur, et dono tuae pietatis semper utamur. Per Dominum nostrum &c. ℞. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℞. Deo gratias.

℣. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus. ℞. Amen.

℣. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

℞. Amen.



## De libris parochialibus.

*Praeter libros baptizatorum (pag. 24. Nr. 41.), defunctorum (pag. 141. Nr. 21. et pag. 193. Nr. 14.), et matrimonio junctorum (pag. 212. Nr. 15.) in archivis, seu locis igni quam maxime imperviis, et minime humidis tute asservandos, qui in omnibus parochiis ad formam praescriptam alioquin habentur, quorumque copiae elapso quolibet anno a parochis exaratae et subscriptae, nec non a decanis revisae, eorumque subscriptione confirmatae ad Ordinariatum transmittuntur, in archivio episcopali asservandae, in qualibet parochia sequentes adhuc libri adsint, tute, ut supra, conservandi, et quidem:*

### Liber confirmatorum,

*In quo, ut supra pag. 47. Nr. 14. praescriptum est, nomina confirmatorum, parentum, domicilii, patrinorum, Episcopi confirmantis, annus, dies, mensis et locus, quo sacramentum confirmationis administratum fuit, ita describantur, ut marium descriptio in una pagina, seu prima facie folii, foeminarum vero in altera sejunctim notetur.*

### Liber denuntiationum matrimoniorum.

*In hoc libro trinae denuntiationes cujusque matrimonii in parochia rite factae ita scribantur, ut nomen, cognomen et conditio sponsorum, nec non dies, quibus prima, secunda, et tertia denuntiatio fiebat, vel dispensatio, quam super una, vel pluribus denuntiationibus obtinuerint sponsi, ibi accurate inserantur; simulque, si denuntiationes in altera quoque parochia faciendae sint, fides scripta harum etiam denuntiationum in altera parochia rite praestitarum a paracho hujus loci debite exarata in hoc libro parochiali notetur, et dein asservetur.*

### Liber foundationum piarum,

*Qui in capite anniversaria, aliasque missas fundatas, quotannis in ecclesia parochiali, seu in ecclesiis filialibus peragendas ad mentem fundatorum justo ordine exhibeat, et in quo, dum sacrum peragendum occurrit, annus, mensis et dies, quo peractum fuit, nomenque sacerdotis peragentis ab ipso propria manu adnotetur. Adsit etiam in qua-*



*vis sacristia tabula, omnes missas fundatas, diesque, quibus in hac ecclesia peragendae sunt, accurate exhibens.*

### **Liber missarum nomine fundi religionis peragendarum.**

*Hunc librum illi tantum parochi habeant, qui vel ipsi, vel quorum cooperatores ex publico religionis fundo dotationem, vel integram vel ex parte, percipiunt, quibusque certus missarum nomine fundi religionis annuatim peragendarum numerus assignatus est. Horum ergo est, annum, mensem, et diem cujusque sacri hujusmodi peracti, nomenque sacerdotis peragentis propria manu in hoc libro adnotare.*

### **Protocollum, seu liber,**

*In quo omnia decreta officii episcopalis, et ordinationes quaecunque in publico-ecclesiasticis ad parochos directae, ecclesias vel clerum quomodocunque concernentes, quarum argumentum cuique curato perpetuae normae esse oportet, in extenso de verbo ad verbum a parochis inscribantur; decreta et ordinationes autem, quarum argumentum temporarium tantum et transitorium est, quoad essentialem solummodo synopsin adnotentur.*

### **Liber statum animarum totius parochiae exhibens.**

*In hoc libro, ad formam infra adjectam composito, omnes et singuli in parochia habitantes sint descripti, et familia quaeque distinctam paginam habeat, in qua singulos, qui ex familia sunt, vel tanquam advenae in ea vivunt, parochus ita describat, ut locum habitationis, numerum domus, habitantium nomina et cognomina, conditionem, aetatem, aliasque qualitates ibi indictas notet, singulis annis recens natos, vel aliunde advenientes adjungat, mortuos, vel aliorum decedentes expungat. Qui ad examen paschale in hac dioecesi jam pridem laudabiliter introductum, omnique anno in omnibus parochiis iterandum comparuerint, ut ad dignam sacrae communionis paschalis sumptionem rite praeparentur, notentur hoc signo C.; scientia vero rudimentorum fidei, et mores notentur signis, quae ab ipso parochis, non tamen ab aliis librum fors inspecturis intelligantur.*









# Index et ordo


praecipuarum rerum, quae in hoc rituali libro continentur.

|                               |    |
|-------------------------------|----|
| De sacramento Baptismi        | 1  |
| De sacramento Confirmationis  | 2  |
| De sacramento Eucharistiae    | 3  |
| De sacramento Ordinis         | 4  |
| De sacramento Matrimonii      | 5  |
| De sacramento Penitentiae     | 6  |
| De sacramento Unctionis       | 7  |
| De sacramento Viaticum        | 8  |
| De sacramento Exorcismi       | 9  |
| De sacramento Benedictionis   | 10 |
| De sacramento Aspergionis     | 11 |
| De sacramento Processionis    | 12 |
| De sacramento Circumcisionis  | 13 |
| De sacramento Ablutionis      | 14 |
| De sacramento Lavationis      | 15 |
| De sacramento Signationis     | 16 |
| De sacramento Impositionis    | 17 |
| De sacramento Recitationis    | 18 |
| De sacramento Meditationis    | 19 |
| De sacramento Contemplationis | 20 |
| De sacramento Actionis        | 21 |
| De sacramento Reactionis      | 22 |
| De sacramento Participationis | 23 |
| De sacramento Communicationis | 24 |
| De sacramento Intercessionis  | 25 |
| De sacramento Cooperationis   | 26 |
| De sacramento Collaborationis | 27 |
| De sacramento Concursus       | 28 |
| De sacramento Consensus       | 29 |
| De sacramento Consuetudinis   | 30 |
| De sacramento Consuetudinis   | 31 |
| De sacramento Consuetudinis   | 32 |
| De sacramento Consuetudinis   | 33 |
| De sacramento Consuetudinis   | 34 |
| De sacramento Consuetudinis   | 35 |
| De sacramento Consuetudinis   | 36 |
| De sacramento Consuetudinis   | 37 |
| De sacramento Consuetudinis   | 38 |
| De sacramento Consuetudinis   | 39 |
| De sacramento Consuetudinis   | 40 |
| De sacramento Consuetudinis   | 41 |
| De sacramento Consuetudinis   | 42 |
| De sacramento Consuetudinis   | 43 |
| De sacramento Consuetudinis   | 44 |
| De sacramento Consuetudinis   | 45 |
| De sacramento Consuetudinis   | 46 |
| De sacramento Consuetudinis   | 47 |
| De sacramento Consuetudinis   | 48 |
| De sacramento Consuetudinis   | 49 |
| De sacramento Consuetudinis   | 50 |



# Index et ordo

praecipuarum rerum, quae in hoc rituali libro continentur.



|                                                                                                                                               | <i>Pag.</i> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------|
| <i>De iis, quae in Sacramentorum administratione generaliter servanda sunt</i> . . . . .                                                      | 7           |
| <i>De Sacramento Baptismi</i> . . . . .                                                                                                       | 9           |
| De baptizandis parvulis . . . . .                                                                                                             | 9           |
| De baptizandis adultis . . . . .                                                                                                              | 11          |
| De aqua baptismali, de sacris oleis, et aliis requisitis ad baptismum conferendum . . . . .                                                   | 12          |
| Ordo baptismi parvulorum . . . . .                                                                                                            | 15          |
| Ordo baptismi adultorum . . . . .                                                                                                             | 24          |
| Ordo supplendi omissa super baptizatum . . . . .                                                                                              | 41          |
| Ritus servandus, cum Episcopus baptizat . . . . .                                                                                             | 42          |
| Benedictio fontis baptismi extra sabbatum paschae et pentecostes, cum aqua consecrata non habetur . . . . .                                   | 43          |
| <i>De Sacramento Confirmationis</i> . . . . .                                                                                                 | 46          |
| Ordo ad recipiendum Episcopum in canonica visitatione . . . . .                                                                               | 48          |
| <i>Ordo ministrandi Sacramentum Poenitentiae</i> . . . . .                                                                                    | 51          |
| De modo absolvendi a suspensione, vel ab interdicto extra vel intra sacramentalem confessionem, et dispensandi super irregularitate . . . . . | 54          |
| Ordo excipiendi professionem fidei ab iis, qui ab haeresi aut schismate convertuntur . . . . .                                                | 54          |
| Formula professionis fidei catholicae . . . . .                                                                                               | 62          |
| <i>De Sanctissimo Eucharistiae Sacramento</i> . . . . .                                                                                       | 64          |
| Ordo ministrandi sacram communionem extra missam . . . . .                                                                                    | 65          |
| Ordo ministrandi sacram communionem intra missam . . . . .                                                                                    | 67          |



|                                                                                                                                        | <i>Pag.</i> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------|
| De communione paschali . . . . .                                                                                                       | 69          |
| De communione infirmorum . . . . .                                                                                                     | 69          |
| <b><i>Ordo ministrandi Sacramentum extremae Unctionis</i></b> . . . . .                                                                | <b>76</b>   |
| Septem psalmi poenitentiales . . . . .                                                                                                 | 89          |
| Litaniae ordinariae . . . . .                                                                                                          | 94          |
| <b><i>De visitatione et cura infirmorum</i></b> . . . . .                                                                              | <b>99</b>   |
| Modus juvandi morientes . . . . .                                                                                                      | 113         |
| Benedictio apostolica in articulo mortis constitutis impertienda . . . . .                                                             | 115         |
| Ordo commendationis animae . . . . .                                                                                                   | 117         |
| In expiratione . . . . .                                                                                                               | 124         |
| <b><i>De exequiis</i></b> . . . . .                                                                                                    | <b>127</b>  |
| Ordo sepeliendi adultos . . . . .                                                                                                      | 129         |
| Ordo servandus, quando sepultura cadaveris ex rationabili causa differri debet. Nr. 18. . . . .                                        | 139         |
| Ordo servandus, quando corpus defuncti alio pro sepultura transferendum est. Nr. 19. . . . .                                           | 140         |
| Ordo servandus, quando cadaver non in coemeterio tumulatur, sed in sepulchro proprio conditur. Nr. 20. . . . .                         | 141         |
| Ordo servandus, quando funus praevis vigiliis et solemni defunctorum officio sepeliendum est . . . . .                                 | 142         |
| Officium defunctorum . . . . .                                                                                                         | 145         |
| De officio faciendo in exequiis, absente corpore defuncti, et in die tertio, septimo, trigesimo et anniversario . . . . .              | 185         |
| Ordo sepeliendi parvulos . . . . .                                                                                                     | 187         |
| <b><i>Ritus celebrandi Matrimonii Sacramentum</i></b> . . . . .                                                                        | <b>194</b>  |
| De missa pro sponso et sponsa, celebrato matrimonio, dicenda cum benedictionibus in eadem missa votiva descriptis. Nr. 16.—19. . . . . | 212         |
| De benedictione mulieris post partum . . . . .                                                                                         | 214         |
| Benedictio matrimonii jubilaei . . . . .                                                                                               | 216         |
| <b><i>De benedictionibus regulae generales</i></b> . . . . .                                                                           | <b>222</b>  |
| <b><i>Benedictiones</i></b> etiam in fine missalis romani (excepta tertia) occurrentes . . . . .                                       | <b>223</b>  |
| I. Ordo ad faciendam aquam benedictam . . . . .                                                                                        | 223         |
| II. Benedictio candelarum extra diem purificationis B. M. V. . . . .                                                                   | 225         |
| III. Benedictio vexilli ecclesiastici . . . . .                                                                                        | 225         |



|                                                                                                                                                     | <i>Pag.</i> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------|
| IV. Benedictio loci . . . . .                                                                                                                       | 226         |
| V. Alia benedictio domus novae . . . . .                                                                                                            | 226         |
| VI. Benedictio thalami . . . . .                                                                                                                    | 226         |
| VII. Benedictio novae navis . . . . .                                                                                                               | 227         |
| Benedictiones esculentorum, praesertim in pascha . . . . .                                                                                          | 227         |
| VIII. Benedictio agni paschalis . . . . .                                                                                                           | 227         |
| IX. Benedictio ovorum . . . . .                                                                                                                     | 228         |
| X. Benedictio panis . . . . .                                                                                                                       | 228         |
| XI. Alia benedictio panis . . . . .                                                                                                                 | 228         |
| XII. Benedictio novorum fructuum . . . . .                                                                                                          | 228         |
| XIII. Benedictio ad quodcumque comestibile . . . . .                                                                                                | 229         |
| <i>Benedictiones</i> ab Episcopo, vel aliis facultatem habentibus faciendae . . . . .                                                               | 229         |
| I. Benedictio sacerdotalium indumentorum in genere . . . . .                                                                                        | 229         |
| II. Benedictio mapparum, sive lintheaminum altaris . . . . .                                                                                        | 230         |
| III. Benedictio corporalium . . . . .                                                                                                               | 230         |
| IV. Benedictio tabernaculi, seu vasculi pro sacrosancta Eucharistia conser-<br>vanda . . . . .                                                      | 231         |
| V. Benedictio novae crucis . . . . .                                                                                                                | 231         |
| VI. Benedictio imaginum Jesu Christi Domini nostri, Beatae Virginis Mariae,<br>et aliorum Sanctorum . . . . .                                       | 232         |
| VII. Ritus benedicendi et imponendi primarium lapidem pro ecclesia aedifi-<br>canda, servandus a sacerdote facultatem habente ab Episcopo . . . . . | 233         |
| VIII. Ritus benedicendi novam ecclesiam, seu oratorium publicum, ut ibi<br>sanctissimum Missae Sacrificium celebrari possit . . . . .               | 238         |
| IX. Ritus reconciliandi ecclesiam violatam, si nondum erat ab Episcopo con-<br>secrata . . . . .                                                    | 243         |
| X. Ritus benedicendi novum coemeterium per sacerdotem ab Episcopo de-<br>legatum . . . . .                                                          | 246         |
| XI. Ordo reconciliandi coemeterium violatum, sive ecclesiae contiguum sit,<br>sive separatum, ubi ecclesia non est polluta . . . . .                | 247         |
| <i>De processionibus regulae generales</i> . . . . .                                                                                                | 249         |
| <i>De processionibus ordinariis</i> . . . . .                                                                                                       | 250         |
| I. De processione in die festo purificationis Beatae Mariae semper Virginis . . . . .                                                               | 250         |
| II. De processione in die palmarum . . . . .                                                                                                        | 251         |
| III. Ordo servandus in litaniarum majorum processione, quae in festo s.<br>Marci celebratur . . . . .                                               | 257         |
| IV. Ordo servandus in litiis minoribus rogationum, triduo ante ascen-<br>sionem D. N. J. C. . . . .                                                 | 259         |
| V. De processione in festo Ss. Corporis Christi . . . . .                                                                                           | 260         |



|                                                                              | Pag. |
|------------------------------------------------------------------------------|------|
| <i>De supplicationibus et processionibus extraordinariis.</i>                | 276  |
| I. Preces dicendae in litiis ad petendam pluviam                             | 277  |
| II. Preces dicendae in litiis ad postulandam serenitatem                     | 279  |
| III. Preces dicendae in litiis tempore penuriae et famis                     | 280  |
| IV. Preces dicendae in litiis tempore mortalitatis et pestis                 | 281  |
| V. Preces dicendae in litiis tempore belli                                   | 282  |
| VI. Preces in litiis dicendae in quacumque tribulatione                      | 286  |
| Ordo servandus, quando his de causis supplicatio cum processione instituitur | 288  |
| De processione pro gratiarum actione                                         | 288  |
| De processione in translatione sacrarum reliquiarum insignium                | 294  |
| Preces ad repellendam tempestatem                                            | 295  |
| <i>De libris parochialibus</i>                                               | 297  |

